DISPUTATIO JURIDICA
DE
CENSIBVS,

QVAM

PRÆSTITE SACROSANCTA TRIADE,

EX

PECULIARI INDULTU

MAGNIFICI AC NOBILISSIMI ICTORVM IN ILLVSTRI IVLIA SENATVS,

Publicæ Eruditorum Cenſuræ

offert

PRÆSES

ANTON. IVLIVS Bußman/

HANNOVER.

RESPONDENTE

HENRICO Rahpke/

CELLENSI.

AD DIEM NOVEMBR.

HELMESTADII,
Typis JOHANNIS HEITMULLERI
Anno cIↄ Iↄ c LXXV.

DISSERTATIONIS JURIDICÆ

DE

CENSIBVS

MEMBRVM I.

Oſtendens originem & nomen.

I.

QVandoquidem turpe eſt, difficiles proferre nugas, quotidiana autem neglectui tradere; ideo hoc mecum ruminans, altius rem meditari, & in ea, quæ vitam & ſocietatem civilem conſervant, inquirere cœpi, ſeriò ratus, ſtudioſi civis officium eſſe, conſiderare illud, quod ſocietates civiles conſervat. Eum in finem jam antea doctrinam de Fide civili excuſſi: jam vero nervum gerendarum rerum, Cenſum puta, paucis examinandum ſumſi, cum nemo hodiernis medius fidius temporibus citra hunc vitam commodè tranſigere valeat. Ariſt: 1. *Pol.* 2. Pl. Reverend. Dn. Henric. Uffelmann. *in de Menſura pret. rer. Diſſert. Pol. th.* 1. *& ſeqq.* Secutus ſum hac in re Medicos, qui corpus humanum curaturi impigrè circa iſtius ſanguinem, ut inde maximè corpus duret, occupati ſunt. Pecuniam autem rerumpubl. ſanguinem quaſi eſſe, ſolidamque illarum compagem, Cornelius Tacitus *Hiſt. lib.* 4. *c.* 74 eleganter deducit.

II. Prius autem quam ad nobiliſſimam iſtam materiam

ſiam accidat, præmittenda ſunt quædam de iſtius origine, atque cenſuræ ſubjicienda, quæ circa nomen notanda occurrunt. *Iſtæ enim interpretationes & libentius nos ad lectionem propoſitæ materiæ producunt, & cum ibi ventum fuerit, evidentiorem præſtant intellectum*, inquit Cajus *ad L. I. ff. XII. tab.* Quod ut benè procedat, ſit ſi Deus Trinus & Unus,

III. Origo igitur Cenſus non nudius tertius primum excogitata eſt, ſed jam tum Servii Tullii VI. Romanorum Regis temporibus apud Roman. fuit in uſu. Is enim illum inſtituit, rem, veluti Livius ait, ſaluberrimam futuro imperio: ex quo belli pacisque munia non viritim, ut ante, ſed pro poſſeſſione pecuniarum, cives obirent, quorum claſſes ſive ordines quinque deſcripſit, prout videre eſt apud Polydor. Virgil. *lib. 2. de Rer. inventor. Cap. 3. de reipl. admin. gen.* Atque ex facto Codicis nos docemur à Theologis, qui hac in re cum Politicis optimè conveniunt, ſine ſervitutibus & tributis imperia conſervari non poſſe. *Art. 149. Cap. 2.* Neque planè indigemus ullius Apologi, quo ſubditi ad credendum inducantur, ſe ad Principum aut magiſtratuum conſervationem conferendam eſſe adſtrictos, cum hoc monitum Servatoris noſtri, *Date Deo, quæ Dei, & Cæſari, quæ Cæſaris ſunt*, ſatis demonſtret, & jam olim Samuel populo Iſraëlitico prædixerit, quo jure Rex ſit futurus contra populum *1. Samuel. 8. 11.* Quod autem omnia hæc, quæ Samuel hoc loco enarravit, indiſtinctè ſalva conſcientia à Regibus & Principibus exerceri poſſint, equidem non affirmarim. Non enim hic recenſetur jus à Deo Regibus conceſſum (uti perperam nonnulli exiſtimant) ſed tantùm enarrat Samuel, quid Reges ſibi ſint arrogaturi. Quicquid tamen hujus ſit, Cenſum ſalva conſcientia imponi & exigi poſſe manifeſtum eſt. Ut enim rationes omittam,

tam,

tum. Ipſe Deus videtur Moiſi mandaſſe poteſtatem cenſum [illegible], & tributum ex cenſu imperandi. *Exod. 30. verſ. 12. &* [illegible]. Itaque extra dubitationis aleam poſitum eſt, cenſum habere fundamentum in jure divino, ſiquidem tributa [illegible] jure divino Principibus aut Magiſtratibus in ſub[illegible] ſignificationi præſtanda *Matth. 17. v. 25. & ſeqq. Rom. 13.* [illegible] eorum finis primævus eſt reip. [illegible], ut tam pa[illegible] belli tempore adſit ſufficientia, & perſonæ civium in tuto eſſe poſſint. Joan à Chokier, *lib. 2. Thel. Pol. Aphor. cap. 20.* Petr. Heigius *p. 1. Qq. illuſt. 1. n. 1.* Eo enim, ceſſantibus ſceptris Saturniis in ferreo hoc ſeculo res redut, ut neque quies Gentium ſine armis, neque arma ſine ſtipendijs haberi queant, ait Cornel. Tacit. *4. hiſt.* Hinc etiam eſt, quod pecunia in hoc mundo æquiparetur nautæ ſecundum illud diſt.

Vita hominum eſt pelagus, regina pecunia nauta,
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

IV. Cenſus autem, quoniam ſecundum Scaligerum *Exercit. 7. ſect. 2.* uſu vocis cognito facilè in ipſius rei percognitionem provehimur, deſcendit à cenſendo, cujus verbi, quam varia ſit ſignificatio, oſtendunt inter alios Scriptores potiſſimum Rebuffus, Brechæus & Fornerius *ad l. 111. ff. de V. & R. S.*

V. Cenſere enim quandoque denotat æſtimare, in pretio habere, laudare. Hinc rectè Ulpianus *in l. 1. § 3. ff. de L. & Lib.* feras beſtias juris peritia cenſeri. Conf. Henr. Gieſebertus *in inſtitution. ſuo Hermog. ad pr. Inſt. de jur. N. G. & C.* [illegible] Et JCtiſſimus DN. Eickel *Patronus meus atque Præceptor æternum venerandus ad iſtum locum.* Add. quoque Ampliſſ. DN. Claſenium *in prælectionibus ſuis ad d. l. 1.* Etenim & Cicero *in Orat. pro Archia* dicendi facultatem ex Poëtarum lectione cenſeri dicebat. Deinde ſecundum Balduinum

num uſurpatur pro adſcribere, numerare, referre ſive recenſere, quod apud Latinos per metaphoram idem eſt, ac in ordinem & numerum quendam redigere. *Cap. 22. X. de Decim.* Sic recenſere populum reperitur apud Polyd. Virgil. *lib. 2. de Rer. invent. Cap. 3.* Nonnunquam ſignificat jubere apud Ciceron. *1. Off. ibi: idem cenſeo faciendum*, hoc eſt, jubeo. Deliberare item, judicare & ſententiam ſuam dicere. Unde iſta formula: *Senatus cenſuit, populus decrevit.* Juxta Marcellum & Varronem idem eſt aliquando quod ſuccenſere. Brechæus vero *ad d. l. 111 ff. de V. & R. S.* accipit cenſere pro ζημιᾶσθαι καὶ τιμᾶν, mulctare, corrigere & nota afficere. Non raro quoque eſt decernere, conſtituere & præcipere. Unde dicere ſolemus: *cenſeo ut hoc facias*, & *Senatum aliquid cenſuiſſe.* Hinc novum non eſt, exinde Cenſoris nomen eſſe tractum *l. 2. §. 17. ff. de O. I.* Nec non arbitrari, quod ita Comicus innuit: *Cenſen' hominem me eſſe?* Sæpius etiam dicimus cenſere territorium, pro imperare cenſum territorio, quo ſenſu eſt capita i. e. perſonas & jugera bonaque deſcribere juxta *l. 1. C. in quib. cau. ius pign. l. 4. C. de Cenſib. & cenſit. ibique.* Brunnemann. Item conſulere *l. 25. §. 11. ff. de hered. pet.* & cenſeri privilegio Ulpianus dicit *in l. 1. §. 2. ff. ad munic. ip.* pro privilegio decorari & dignari, quamvis hoc verbo paulò aliter uſus ſit Papin. *in l. ult. ff. de ſuis & legit. her.*

VI. Sic quoque Cenſus non uno uſurpatur modo. Sumitur enim primò pro toto cujuſque patrimonio, & pro ipſa patrimonii deſcriptione. Græcè vocatur ἀπογραφὴ τῆς οὐσίας καὶ ἀποτιμήσεως *l. 16. pr. ff. ad SCtum. Trebell.* Et hoc ſenſu extat apud Ovidium *l. 1. Faſt.*

— — — *dat cenſus honores:*
Cenſus amicitias — — —

Deinde ſignificat præſtationem tributi, vectigal annuamve penſi-

penſionem, quæ de rerum immobilium proventibus [illegible] gitur, prout accipitur *in tit. C. ſine cenſ. vel reliq. fund. comp. non p.* Et ſic cenſus intelligendus duntaxat de agrorum o[illegible] *l. [illegible]. C. de annon. & trib. l. 7 ff. de publ[illegible].* Tertiò eſt per- ſonarum juxta ac rerum deſcriptio, Schatzung der Haupt [illegible] Güter. Perſonarum quidem, quando ſinguli ci- [illegible] nomina ſua, uxorum, liberorum, libertorum ſervorum- que ſuorum, ætatem quoque & habitationem profitebant- tur. Bonorum vero, cum profeſſio fieret de prædiis tam ur- banis quam ruſticis, [illegible] aliis rebus. Id quod plu- ribus Dionys. Halicarnaſſ. *lib. 4. Cap. 19.* deducit. Georg. Schonborn. *lib. 4. P. [illegible] Cap. [illegible].* Beſold. *diſcurſ. Pol. de Ærar. publ. Cap. 8.* Atque hoc modo venit *in l. 2 §. 17. ff. de O. I.* Inde tabula [illegible], in qua à Romanis annotaban- tur facultates, ut tempore belli pro modo facultatum ſua- rum quilibet conferret, [illegible] : *in cenſum deferre : de- [illegible] in cenſum.* Quo ſenſu intelligen- [illegible] *l. [illegible] ff. de [illegible] D.* Hiſtorici dicunt cenſum agere, pro recenſere capita, vel patrimonia profiteri, quem- [illegible] annotat [illegible] *ad l. 2. §. 17. ff. de O. I.* Cenſu ve- [illegible] manumitti dicebantur, qui luſtrali cenſu Romæ juſſu dominorum [illegible] cenſum profitebantur. Deni- que [illegible] exprimitur per tributum prædiis provincialibus impoſitum *l. 2. Cod. ſin. cenſ. vel reliq. fund. comp. non p.*

VII. In jure vero Feudali cenſus denotat id, quo [illegible] eſſe declarantur, quod Galli exprimunt per *cens & [illegible].* Is enim, cui conceſſa ejuſmodi bona cenſua- [illegible], certum annuum cenſum tenetur ſolvere *[illegible]* Add. Sigiſm. Finckelthaus *in feudal. [illegible] Diſp. [illegible] contr. 17.* Et in jure Can. ſumitur pro omni penſione, quæ aut fundationis tempore, aut conſe- crationis, aut donationis, aut tempore immunitatis indul- tæ das

tæ datur §. 2. *Inſtit.* Lancellotti *& t. t. X. de Cenſib.* Georg. Frantzk. *in tr. ſuo abſolutiſſ. de Laudem. Cap.* 10. *n.* 29. *pag.* 217. 218.

IIX. Cum cenſu cognationem quandam fovent (1.) Cenſitor, qui cenſum agens percipit præſtationem tributorum, ac pignoris jure vendit prædium, cenſu nimirum haut ſoluto *l. 4. §. 1. ff. de cenſib. & cenſit.* (2.) Cenſitus, cujus agris eſt impoſitus cenſus, unde *tit. in Cod. de agric. & cenſit.* (3.) Cenſor, dictus à cenſendo, quod fortunas civium cenſeat ſeu æſtimet, atque etiam de vita moribusq; hominum judicium ferat. Quo & Critici referuntur, qui de aliorum ſcriptis judicant. prout Horat. *lib. 2. Epiſt 6 ad Flor.* uſus eſt.

At qui legitimum cupiet feciſſe poëma,
Cum tabulis animum Cenſoris ſumat honeſti.

(4.) Cenſorius, unde tabulæ cenſoriæ, quarum mentionem facit Varro *lib. 5. de Ling. Latin.* Lex Cenſoria, à cenſoribus lata *l. 203. ff. de V. S. ibiq.* Johann. Gœddæus. Cicer. 2. *de Orator. Quid enim poteris dicere? Conſularem ſe eſſe hominem & cenſorium?* Hinc etiam dicitur virgula cenſoria, Dies Cenſorius, quo Salvator noſter de univerſo humano genere judicium inſtituet. (5.) Cenſura, cenſoris munus & dignitas. Sic ſumitur ab Ovid. *6. Faſtor.*

Sic agitur cenſura, & ſic exempla parantur,
Cum judex alios quod monet ipſe facit.

Plinius accipit cenſuram pro ſeveritate, correctione, decreto & lege *in Paneg. Trajan. Cap. 54. ibi: Nam vita Principis cenſura eſt.* Moribus verò nonnullorum locorum cenſuræ locum occupat das Rüggericht/ qua de re vid. Beſold. *lib. 2. diſc. P. l. C. 1. § 4. n. 31. verſ. 4.* (6) Cenſuarius, aliis Caſarius, Zinßman/ qui ſolvere tenetur cenſum in recognitionem dominii directi *l. 7. C. de bon. proſcript.* Dn. Stru-

vius

vius in Synt. jur. Feud. Cap. 1. th. 10. in N. In Gallia ejuſmodi eſt, qui in ſingula jugera ejus agri, quem colit, cenſum annuum pendit. (7) Cenſualis, qui eſt Tabellio & ſcriba, operam ſuam accommodans magiſtro cenſus in urbe, actaque Senatus conficiens *l. 2. 4. Cod. de Princ. ag. in reb. & Rub. C. de Tabul. ſcrib. logog. & cenſ.* Hinc contractus cenſualis. Indeque equi appellantur cenſuales, quamvis alii malint Curſuales *juxta l. 19. C. de curſ. publ.* Cenſualia munera *l. 2. C. de priv. cor. qui in ſacr. pal.* Cenſuale officium *l. 18. C. de teſtam.* Cenſuale miniſterium *l. 2. C. de tabul.* Cenſualis forma, Cenſualis profeſſio *l. 7. C. de donat.* Colleg. Argentorat. *ad tit. ff. de Cenſib. th. 2.* Cenſuales paginæ *l. fin. C. Theod.* Cenſuales libri *l. 4. C. de agric. & cenſit.*

IX. Synonymia Cenſus eſt, quod apud Ælium Spartianum in Peſcennino Nigro indigitetur per Cenſionem ſive Cenſitionem. *Vos*, inquit, *terras veſtras levari cenſitione vultis, ego vero etiam aërem veſtrum cenſere vellem.* Græcis audit τίμημα. Venit etiam nomine Penſionis *l. 40. ff. de reb. cred.* Andr. Vallens. *tit. de cenſib. n. 1.*

MEMBRUM II.

De definitione & diviſione Cenſus.

X. Hæc ſeparatim de nominibus dicta ſufficiant, ſequitur nunc, ut ea deſcriptione aliqua explicem. Deſcribitur autem Cenſus multifariam: Apud ICtos communiter accipitur *pro tributo, penſitatione ſeu præſtatione, quæ fiſco Imperatoris debetur in recognitionem univerſalis dominii, & in auxilium ac tuitionem reip. quæ Principi incumbit.* Weſenb. *ad tit. ff. de Cenſib.* DN. Struvius dicit, quod ſit *deſcriptio publica civium & bonorum ad illos pertinentium per l. 2. l. 4. ff. h.* Theophilus *in §. fin. Inſtit. de libertin.* definit

B   iſtum

iſtam per tabulam ſive chartam, in qua Romani ſcribebant ſuas facultates, ut belli tempore pro modo patrimonii ſui unusquisque conferret. Secundum Florum *lib. 1. C. 16.* alioſque aliter deſcribitur. Quamvis autem omnes hæ deſcriptiones pro diverſo modo conſiderandi cenſum defendi queant; quoniam tamen in iſtis membra dividentia mei propoſiti non comprehenduntur, placet mihi cenſum in genere hoc modo deſcribere: Quod ſcilicet ſit certa quædam penſio ſuperiori vel privato, in recognitionem priſtini dominii, vel alio jure, ordinario vel extraordinario tempore, ſolvenda aut præſtanda.

XI. Generis loco eſt *penſio*, quam vocem propterea inſerui, ne quis exiſtimaret, ad cenſum propriè pertinere tributum, prout id definit Weſenb. dictum, Quamvis autem penſio propriè ſit merces inhabitationis ædium alienarum *l. 24. ff. de R. I. l. 3 C. locat. cond. l. 15. §. 7. l. 24. l.* [illegible] *§. 1. ff. eod.* quæ Græcè ἐνοίκιον appellatur, & ſic in contractu locationis conductionis præſtanda; atque penſionem quoque Reges & Principes pacis fruendæ gratia ſibi invicem mittere dicantur: Quoniam tamen penſionis vocabulum generale eſt, adeo ut comprehendat varia penſitationum publicarum genera, tributa & vectigalia *l.* [illegible] *§. ult. ff. de public.* collectam, indictionem & gabellam, quibus de Chaſſanæus *in Conſuetud. Burgund. des juſtices Rub. 1 §.* [illegible] *in verb. Indire, impoſer. verſ. adverte itaque.* Azo *in ſumma Cod. ſi propt. publ. penſit. vend.* & in univerſum omnem ſolutionem ac penſitationem quoque privatam *per l.* [illegible] *ff. de R. C. l. 27 §. 1 ff. de hered. pet.* contineat, quæ omnia hoc loco conſideranda veniunt, ideoque convenientius nomen hic dari vix potuit.

XII. Licet verò omnes prædictæ voces promiſcuè uſurpentur, unumque pro altero ſæpius ponatur, nihilo-

4 minus

minus tamen accuratè ejuſmodi exactiones inter ſe adhuc differunt. Sic tributa diſtinguuntur a collectis. Tributa enim, Stallgeld / Beeth / certam ſingulis annis & ordinariam habent exactionem, & conſiſtunt in corporibus, veluti auro, argento, ære, equis, armis vel veſtibus. *Deut. 20. verſ. 11. 15. C. 16. 10. C. 17. 13. 2. Reg. 17. 20. 23. 35.* Apud Romanos tributum vocabatur ideo, quod à Tribubus tributim hæc pecunia à ſingulis ex populo pro æſtimatione patrimonii imperaretur. Dicebatur etiam attributum, rationem vide apud Althuſium *Cap. 12. Polit. n. 13. & ſeq.* Add Speidelius *in Notabi. Lit.* T. *verb.* Tribut. Colleg. Argentorat. *ad tit. ff. de cenſib. th. 6.* Collectæ vero non habent certam ac annuam præſtationem, ſed incertam ob neceſſitatem occurrentem. Unde ſtatim liquet, collectas ob extraordinariam cauſam duntaxat imponi, reiterationem non exſpectantem. Suntque iſtæ potiſſimùm dupl. generis, Imperiales videlicet & Provinciales. Illæ generales ſunt ad omnes Imperio Rom. German. ſubjectos ſpectantes: Reichsſtewr oder des H. Reichs anlagen / Reichs Hülffe / cujuſmodi ſunt Türckenſtewr / Türckenhülffe / Romzug oder Römerzug / quales collectæ in jure Feudali extraordinariæ audiunt. Hæ verò ad certas provincias referuntur, Landſtewren / weil ſie vom Lande erlegt / und dem Landesherrn eingeliffert werden. Atque has collectas imponunt Principes Imperii ſuperiorem recognoſcentes, ut Duces, Marchiones, Comites, Barones. Magiſtratus Civitatis Imperial. Dn. Juſt Sinolt. cognom Schütz *de vic. Imp. hornmg. pot. concl. 48* C. Klock. *de contrib. concl. 9.* Georg. Schonborn. *lib. 4. Pol. c. 24* Speidel. *in Notabil. verb.* Landſtewr / Landbeethe. Dicuntur etiam aliæ Circulares die Kreißſtewr / præt. Curales Amptſtewr / municipales. Colleg. Argentor. *ad tit. de cenſib. th. 4. & ſeqq.*

XIII. Similiter maxima inter vectigalia & tributa cernitur differentia. Illa ſolvuntur pro rebus in civitatem invectis *l. 5. C. de vectig.* & ſunt pecunia numerata vel portus, vel venditionis, vel circumvectionis nomine exigenda. Unde portorii, portarii & Decumarum nomina *l. 21. ff. de donat. int. vir. & ux.* Dicitur vectigal *2. feud. 56.* etiam telonium, dictum à τέλος & ὠνεῖσθαι, unde & τελώνης, redemtor, publicanus, à Saxonica voce Zoll. Eſtque vectigal aliud Iſagogicum, uti vocant, quod penditur mercium importatarum venalium privatarum nomine, aliud vero Exagogicum, quod de exportatis ſolvitur. Quo de evolvatur Eberh. Speckhan *in Synopt. Exeges. jur. Cæſ. ad lib. 4. Cod.* Variæque vectigalium ſpecies ſunt, uti nimirum Dacium, pedagium, guidagium, gabella, Zoll/ Mauth/ Weggeld/ Brückengeld/ Umbgeld/ accis, licenten, viceſima, quinquageſima, centeſima venalium &c. Henr. Klock. *de jur. vectig. concl. 7.* Tributa vero, uti jam ex ſupra dictis pateſcit, ratione ſoli à poſſeſſoribus inferuntur *l. 2. §. 16. ff. de hered. vel act. vend.* Et ſunt ſignum ſubjectionis, licet non plena probatio *Cap. 8. X. de priv. & exceſſ.* Conf. G. Schonborn. *lib. 4. Pol. Cap. 25.* Ioann. à Chokier. *lib. 2. Theſ. Pol. Aphor. C. 10.* Et tributa, quæ rebus imponuntur, propriè veniunt ſub nomine indictionum *l. 3. C. de annon. & trib.* Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de cenſib. th. 7.* Differuntque tributa à ſtipendiis, tributariaque prædia à ſtipendiariis ſeparantur *l. 13. ff. de imp. in rem dot.* *l. 46. §. 5. ff. de jur. fiſc. §. 40. Inſt. de R. D.* Ex quibus facillimè colligitur, quomodo diſtet ab hoc tributo illud, quod in actione tributoria datur. Ibi enim denotat id, quod inter creditores ſervi negotiantis & dominum, cui idem ſervus quoque debet, tribuitur i. e. diſtribuitur, pro rata ejus, quod cuique debetur. B. DN. Hahnius *ad VVeſenb. tit. de*

tribut.

tribut. act. Dicuntur etiam contribuere in Leg. Rhodia *de jact.* illi, quorum res per jactum in mare, tempeſtate urgente levandæ navis cauſa ſervatæ ſunt, Cujuſmodi contributio dicitur Avaria, German. Avarie / vel Haferie à Teuton. Haben. DN. Struvius *Ex. ad ff. 2. th. 10.* Sic etiam in *l. 1. ff. de Compenſat.* contribuere dicitur, quod idem eſt, ac permiſcere creditum & debitum, ut confundantur i. e. ut obligationes utrinque tollantur. Hahnius *de jur Forenſi Exerc. 5. concl. 103.*

XIV. Porrò in deſcriptione additur *ſuperiori*, cum perſonæ, quæ cenſum publicum imponunt, & quibus præſtatur, ſemper debeant eſſe ſuperiores, quoniam neque inferiores ſuperioribus, neque æquales ut æquales ſibi invicem cenſum imponere valent, id quod explorati juris eſt per *l. 10. ff. de publ. & vectig. l. 3. C. nov. vect. Cap. 10. X. de Cenſib. C. 36. verſ. preterea. X. de V. S.* Caſp. Klock. *de Contrib. in Imp. uſit. concl. 8. 10. & ſeqq.* Superiores autem iſtæ perſonæ ſunt vel Eccleſiaſticæ vel Seculares, quibus de infra ordine. Cum verò etiam privatæ perſonæ hic non arceantur, id quod fiet manifeſtum, facto ad diviſiones & perſonas privatas progreſſu, rectè ſubjunctum eſt, *vel privato.* Vid G. Frantzk. *Var. Reſol. Qu. 1. Reſ. 1. n. 13.* Denique cum non ſemper cenſus in ſignum ſubjectionis præſtetur, ſed & aliquando in recognitionem priſtini, ſive in memoriam antiqui dominii & beneficii ſolvatur, ſequentia verba, *in recognit. priſtini dominii*, ſunt inſerta, ad differentiam iſtius, qui in directi dominii recognitionē apud concedentem permanentis, & qui ex alio jure, contractu ſcilicet emtionis venditionis datur. Tandem dicitur, *ordinario aut extraordinario* tempore: ſiquidem cuivis notum, cenſum non ſaltem ordinariè, ſed & interdùm neceſſitate urgente extra ordinem ac certum tempus eſſe ſolvendum *l. fin. C. ſin. cenſ. & reliq.* Iung. Herman. Latherus *lib. 1. de Cenſu Cap. 4.*

XV. Diviſiones Cenſus non ſolum generis in ſpecies ſeu propriæ, ſed & quæcunque aliæ occurrunt, quibus I. diſpeſcitur in publicum & privatum, publicus porro eſt vel Eccleſiaſticus vel Secularis. Eccleſiaſticus dicitur, qui inſtituitur à perſonis Eccleſiaſticis, veluti Pontifice, Epiſcopo & Prælato. Eſtque iſtius appellatio in hoc ſignificatu generalis, ſumiturque pro omni penſione, quæ Prælatis de Eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis in ſignum ſubjectionis vel alterius juris penditur. *Cap. 2. X. de Cenſib.* In ſpeciali vero nomine cenſus eſt, qui Epiſcopo ab Eccleſiis in argumentū ſubjectionis tribuitur, Cathedraticum, ab aliis Synodaticum appellatur § 1. *Inſt. Lancellott.* Ab hoc Cathedratico aliud eſt, quod Inthroniſticum audit Iuſtin. Imper. *Nov. 123. Cap. 3.* pro inthroniſatione ſive inſtallatione Epiſcopis Clericis & Notariis ſolvendum. Qua de re agit Petr. de Marca *de Concord. ſacerd. & imp. l. 6. Cap.* 10. *n. 3.* Publicus ſecularis eſt, qui inſtituitur à perſonis ſecularibus publicis tantùm, veluti Imperatore, Electoribus etc. Superioritatis & Regalium vel juriſdictionis ratione, neque ullus privatus iſtius abſque læſæ Majeſt. crimine poteſt fieri particeps. *Pacif. Oſnabr. art. 8. verb.* **Tribut anzukünden.** *2. feud. 56.* Add. DN. Engelbrecht, *Præceptor atque Patronus meus jugiter colendus*, quem in prælectionibus ſuis Feudalibus ad Regalia hac de re eleganter diſſerentem audivi.

XVI. Privatus eſt, quem licitè exigunt privatæ perſonæ, ratione unius vel plurium fundorum ſeu prædiorum, eſtque prorſus diſtinctus à ſuperiori. Et tunc accipitur ferè pro ipſo contractu cenſuali, vel potius pro jure ſeu facultate ipſa reditus iſtiuſmodi percipiendi. Eſtque ſecundum Frantzk. *lib. 1. Reſ. 1. n. 14.* duplex, reſervativus vel conſignativus ſeu conſtitutivus. Domin. Soto *de I. & I. lib. 6. qu. 5. art. 1. col. 2. verſ. reſervat. & verſ. alter ego.* Ille, qui

ex tali contractu oritur, quo quis fundum vel prædium ſuum in alterum plenè transfert, reſervata ſibi annuatim penſione ſub nomine cenſus præſtanda, uti Civili non eſt incognitus *l. ult. C. de Rer. Perm.* & viciſſim duplex ſtatuitur, unus rerum purè allodialium, alter feudalium ſive earum, quarum concedens utile duntaxat dominium agnoſcit, quales ſunt vaſalli & ſimiles. Et hujuſmodi cenſus, propriè ad materiam laudemiorum ſpectans, toties ſubeſſe cenſetur, quoties fundus alteri & penſione annua & recognitione inſuper obnoxius eſt, der einem andern Lehnt oder zinſet: atque hunc differre à conſtitutivo vel etiam iſto reſervativo, ubi fundi in pleno dominio concedentis ſunt, der dem andern zinßbar / oder ein bloſſer Zinßherr iſt / facilè ex dictis apparet. Frantzk. *d. l. n. 9. & ſeqq.* Conſtitutivus, qui interveniente contractu ut plurimū emtionis venditionis rei, quæ jam eſt cenſuarii, imponitur, ſolet etiam variè à Dd. dividi. Sic ratione rei ſolvendæ dicitur vel pecuniarius vel fructuarius. Ille in pecunia, hic vero in fructibus, frumento, vino, oleo, præſtatur. Et tunc iterum vel determinatus vel indeterminatus conſtituitur. Lud. Molina *de I. & I. Diſp. 383. col. 1* §. *deinde ex parte.* Deinde ratione temporis audit vel temporalis vel perpetuus: temporalis eſt iterum vel determinatus, ad certos videlicet annos, vel indeterminatus, ad vitam emtoris, venditoris vel tertii, qui inde quoque vitalitius appellatur. Perpetuus ſtatuitur vel irredimibilis, perpetuò talis, vel redimibilis, habitu talis ratione emtoris, non vero venditoris. Reformat. Polit. zu Augſpurg *de Anno 1548. Tit.* von Wucherlichen Contracten. §. und nachdem die Widerkauffs Gulden. *fol. m. 415.* Et Reformat. Pol. zu Franckfurt *de Anno 1577. Tit. 17.* § und nachdem *fol. 76.* Denique ratione rei eſt vel perſonalis vel realis; ille vel non rè talis vel

quo-

quodammodo mixtus. Frantzk. *d. F. n. 49. & ſeqq.* Joh. de Caſtillo *de l. & l. lib. 2. tr. XI. Diſp. 1. Dub. un. n. 5. & ſeqq.* Dom. Soto *de I. & l. lib. 6. Qu. 5. art. 1.*

XVII. II. Publicus cenſus dividitur in Ordinarium vel Extraordinarium. Ille eſt, qui ordinariè & ex legis proviſione certam quotannis ſemel vel ſæpius etiam iteratam habet præſtationem *l. fin. Cod. ſin. cenſ. & reliq.* Præſtaturque duplici ex cauſa, vel ex rebus, ex poſſeſſionibus, & ex rebus noſtris, provenientibus, aut loco penſionis de rebus naſcentibus in bonis. Prioris generis cenſus, etiam exigendus ab extraneis & forenſibus, modo prædia in iſto territorio poſſideant, certus & immutabilis ex fundo annuatim datur. Quando verbi c. aliquot modii frumenti, aut dolia vini, ligna, lapides, ſulphur, ſales &c. præſtantur, quales erant fructus Primitiæ apud Judæos. Althuſius *Cap. 18. Pol. n. 4. & ſeq.* Gailius *2. O. 22.* Poſterioris generis cenſus in numerata pecunia aut aliis rebus mobilibus conſiſtit, & non niſi civibus & regnicolis in territorio imponitur. Extraordinarius vero eſt, qui, mediis aliis exhauſtis, tempore neceſſitatis perſonis principaliter, ratione rerum, quas poſſident, imponitur, ita tamen, ut ceſſante neceſſitate ceſſet & iſtius effectus *l. 6. §. fin. ff. de munerib.* Cacheran. *Decis. 9. 5. n. 4.* Gail. *2. O. 52.* Colleg. Argentorat. *ad tit. ff. de Cenſib. th. 24.* Herm. Latherus *in tr. de Cenſu lib. 1. Cap. 4. n. 1. 2 3. & 8.* Boterus *de R. S. lib. 7. Cap. 4. p. m. 307.*

XIIX. III. Diviſio eſt, quod alius dicatur Capitis, alius Soli vel agrorum, quam ſuppeditat *l. 3. l. fin. ff. de Cenſib.* Prior viritim, ratione perſonarum per ſingula capita præſtatur *d. l. 3. l. 10. C. de agric. & cenſit.* unde capitatio audit in *l. 9. C. eod.* Gallicè *Taille.* Cujacius *ad Rubr. Cod. de agr. & cenſ.* Et talis olim non ab Italicis, ſc. provincialibus

um ſaltem exigebatur, prout oſtendit *l. 3. ff. de Cenſib.* [illegible] *§. 7. ff. eod.* Poſterior vero ratione jugerum, unde & jugationis nomine *n. 1. 9. C. de agr. & cenſit.* venit, & ſervorum cenſitorum atque adſcriptorum, qui pars fundi eſſe cenſentur, da[illegible] *7. l. 23. C. d. t.* Et hic cenſus ſublata per Conſtan[illegible] conſtitutionem *l. un. C. de capit. civ. cenſib. exim.* capitatio[illegible] Weſenb. *ad tit. ff. de cenſib.* Frantz *tr. de L*[illegible] *ap. X. n. 26. & ſeqq.* Alius adhuc dicitur mixtus, qui duobus modis ita exprimitur (1) qui generaliter indicitur omnibus pauperibus & divitibus. Man und Weibs Perſohnen/ Vater und Mutter/ auch Kindern/ Knechten und Mägden. (2) perſonis quidem imponitur ſed ratione & contemplatione patrimonii. Colleg. Argentor. *d. l. th. 25.*

MEMBRVM III.

De his, qui cenſum imponere poſſunt: ubi primò de perſonis publicis, & quidem Eccleſiaſticis.

XIX. Nominis & naturæ explicatione, vià ſatis præmunita, rectà nunc pergo ad Perſonas. Perſonæ autem, quibus competit jus imponendi cenſum, ſunt vel publicæ vel privatæ. Publicæ ſunt vel Eccleſiaſticæ vel Seculares. Eccleſiaſticæ iterum in jure Canon. variè dividuntur, quod ſcilicet quædam in ſacerdotio, quædam in ſacris, quædam nec in ſacerdotio, nec in ſacris conſtitutæ ſint. Rurſus earum, quæ in ſacerdotio conſpiciuntur, quædam ſunt in altiori gradu vel ordine poſitæ, quædam in inferiori. In altiori gradu conſtituti ſunt Epiſcopi. Epiſcoporum autem ordo eſt tripertitus, licet *in Can. 1. verſ. ordo. diſt. 21.* quadripertitus ſtatuatur. Alii enim ſunt Patriarchæ ſive Primates, primum poſt Romanũ Pontificem obtinentes locum; C quæ

Quales Conſtantinopolitanus, Alexandrinus, Hieroſoly-
mitanus, Antiochenus *d. Can. 1. §. Patriarchas cap. 23. X. de privil. & exceſſ. cap. 3. X. de Elect.* Poſtea vero plures etiam patriarchales ſedes acceſſerunt: ſicuti hodiè ſub ditione Veneta nobiliſſimus eſt Patriarcha Aquilegie . Conf. Cunrad. Rittershuſ. *part. 1. Novell. cap. 7. n.* Alii Archiepiſcopi, qui unius provinciæ Epiſcopo principes, Præſules ſunt *Can. 1. diſt.* 21. Alii ſimpliciter Epiſcopi, qui majoribus populis & frequentioribus civitatibus præſunt. Aliàs quoque Speculatores dicti *Can. 1. §. Epiſcopus diſt.* 21. Chemnitius *in Examin. Concil. Trident. part. 2. p.* 419 DN. Zieglerus *ad tit. de Epiſcop. Inſt. Lancell.* Inferior autem ordo huc non pertinet, nec cenſum talem imponere valet: In primario igitur ordine ſummus Pontifex ſuper cæteros Epiſcopos conſtitutus eſt, & ad Epiſcoporum ſimpliciter ita dictorum claſſem etiam Archidiaconi referuntur, cum oculus Epiſcopi appellentur *in cap. 7. X. de off. Archid.* uti & Prælati, quales propriè ſunt, qui ordinariè in Eccleſia juriſdictionem habent. Ideo hoc loco quæſtio erit de Pontifice, Patriarcha, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Archidiaconis & Prælatis.

XX. Pontificis ſive Papæ nomen ſecundum Onuphrium Panvinium *in Annotat. ad Platin. ſub Bonif. III.* omnibus Epiſcopis commune citra controverſiam fuit, & demum temporis proceſſu Epiſcopus Romanus Papa univerſalis appellari cœpit, quod vocabulum ipſe etiã Gregor. M. *profanum* eſſe aſſerit, *ſtultum, ſuperbum, perverſum, temerarium &c.* lung. Pl. Reverend. DN. Meier, *Præceptor ac Hoſpes meus ſummé colendus, in Refutat. libell. cujus inſcript. Conſenſu veteru & moderni Papatus &c. cap. 1. Sect. 2. § 5. in fin.* DN. Iuſtus Sinolt. cognom. Schütz *de Vic. Imp. harumque pot. concl. 4.* Atque ſic Papa ut talis partes Legisla-

[illegible]

toriis ac jura Majeſtatica non habet, cum ipſe in civilibus agnoſcere debeat poteſtatē legislatoriam Imperat. eique ſe ſubmittere *in Can. 10. C. 12. jur. Et. 2. ſeqq. diſt. 10.* Sleidanus *de S. R. & R. lib. 11. p. m. 318.* Monzambanus *de Statu Imp. Germ.* aut *1. §. 11.* Magnus noſter Conringius *de Maj. Civ. aut. circ.* ,ni *th. 32. 36. & 52.* Lanſius *in Conſultat. Orat. contra Itali* ne a,niv. *813.* Quandoquidem tamen hodiè ſanè longè aliadeo rum facies conſpicitur, & Pontifex *Partus ipſe partu* ſecundum Gulielm. Durandum *in Specul. jur. lib. 1* li. *Legat. p. 48. n. 50.* nunc ut Monarcha in ſuo territorio leges, vi poteſtatis legislatoriæ ſibi ſumtæ, præſcribere valet, poſtquam dominus dominantium eſſe affectat, uti animadvertit Iaſon. *in l. 7. C. de precib. Imp. off.* Sleidanus *d. tr. lib. 9. p. m. 262.* Magnif. DN. Conring. *de Nemothet. th. 71.* Lanſius *in d. Orat. p. 813.* Id quod & manifeſtè apparet *ex Cap. 6. X. de major. & obed.* dum tanta inſtituitur inter Pontificem & Imperatorem diſcrepantia, quanta inter Solem & Lunam cognoſcitur differentia. Et Gloſſa *ad Extrav. Johann. XXII. de V. S.* Papam Dominum Deum noſtrum vocat. Conf. G. Chriſtoph. Meyfiſch. *tr. de pot. & juriſd. Imp. th. 2.* Nullum hodiè amplius ſupereſt dubium, an Pontifex cenſum exigere, eumque inſtituere valeat. Et ſi conſideres Ærarii Papalis ingentes divitias & acceſſiones ex reditibus beneficiorum in centum triginta Archiepiſcopatibus & mille ſeptem & decem Epiſcopatibus, cenſus magnitudinem facilè agnoſces. Unde eleganter à Doctore quodam juris Canon. dictum, Curiam Roman. plumbum in aurum ea arte tranſmutare, quo nihil ſolertius Chemiſtæ & Paracelſi diſcipuli moliri aut excogitare queant.

XXI. Sic etiam Epiſcopi cenſum imponere ex conceſſione Pontificis poſſunt. Licet enim antiquitùs reditus Eccleſiæ communes eſſent, & miniſtris Eccleſiarum diſtri-

C 2 buce

fruerentur, poſtea tamen ſingulis miniſteriis certi reditus, quibus miniſtri tanquam re propria fruerentur, aſſignati fuerunt. Unde paulatim Epiſcopi ab Eccleſiis vectigal quoddam exigere cœperunt in ſubjectionis argumentum, quemadmodum & Prælati de Eccleſiaſticis proventibus ſingulis annis in ſignum ſubjectionis cenſum accipiunt, id ſerrod in §. 1. *Inſt. Lancell. de Cenſib.* exponit[illegible] aliqua ex pri rte jam ſupra hac de re mentio eſt facta. Conſtituerunt unitem iſtum cenſum pro fundatione, conſecratione aut [illegible] ſtulta immunitate. Qui pro fundatione aut conſecratione ſolvitur, inſtitutus eſt propterea, quia ſecundùm Canones præter Ordinarii conſenſum Eccleſia neque fundari, neque dedicari poteſt, adeoque, quoniam Epiſcopus præeſt Eccleſiæ, illiusque curam gerere tenetur, eodem tempore etiam quendam cenſum ſibi reſervat, quem Eccleſia in ſubjectionis ſignum ſolvit, ut hac ratione agnoſcat quendam ſuperiorem, & ſciat, quiſnam iſte ſit. Ideo enim Eccleſia cenſum præſtare tenetur, quia Epiſcopus ſuperior eſt, omnis autem, qui beati Petri juris exiſtit, & inferior, ſublimioribus ſubditus, ad aliquid præſtandum adſtrictus eſt, & ex iſta præſtatione ſubjectio probatur, prout habetur *in Cap. 2. omnis animæ. X. de Cenſib.* & *ex Rubr.* conſtat, *de Relig. domib. ut Epiſcopo ſint ſubjectæ Cap. 8. X. de privil.* Similiter quoque conceſſum eſt, ut, cum Epiſcopi Eccleſias piis locis ritè conceſſerint, aliquid ſibi in iis nomine penſionis [illegible] vent, cujus exemplum exſtat *in Cap. 6. X. de Relig. dom.* ubi Epiſcopus aliquot Eccleſias monaſterio in emphyteu[illegible] ſub annua penſione conceſſit, à quo tamen Eccleſiarum commercio etiam Gentiles ſemper abhorruiſſe ignotum haut eſt. Et quamvis Gloſſatores putent, ſe inveniſſe, quod pueri non ſolent in faba reperire, dum ſtatuunt, hic contractum cenſualem initum fuiſſe, hoc ipſo tamen tacite

nos.

non juſtificatur, quoniam in hoc, uti notum, & utile & directum dominium ſimul transfertur. Numquid ergo Eccleſiarum dominium translatum aſſeras, quas in nullius dominio eſſe omnis credidit antiquitas? DN. Caſp. Ziegle-rus *ad § 2. de Cenſib. Inſtit. Lancell. in N.* Neque etiam prohibitum eſt cenſum gratis oblatum ſuſcipere ob libertatis privile[illegible] vel protectionis præſidium *Cap. 8. X. de pœn. & exceſſ.*

XXII. Neque verò tantùm Epiſcopi poteſtatem beni[illegible], ſibi, ſed & Patrono tempore fundationis modera conſtituere ſumtus *Cap. 23. X. de jur. patron.* Patronus enim illo tempore ſine Epiſcopi poteſtate nihil ſibi reſervare poteſt, ſed ſi præter antiquos ac moderatos reditus à locorum Epiſcopis inſtituto quid exegerit, ab excommunicationis pœnâ non erit immunis *Cap. 23. d. t.* Quod quidem Zieglero iniquum videtur propterea, quod in cujusvis libera voluntate poſitum ſit, fundare Eccleſiam cum onere, dote modò congrua conſtituta, ſiquidem unicuique liberum eſt, fundare & non fundare Eccleſiam *ad §. 2. de Cenſib. Inſt. Lancell.* quæ tamen ratio parum ſtringit. Multo vero minus in inferiori gradu exiſtentes ſacerdotes vel clerici propria authoritate Eccleſias efficere cenſuales valent, ſed ad id neceſſariò requiritur conſenſus Papæ, in tantum, ut ne ad dies quidem vitæ Eccleſiam efficere queant cenſualem, *Cap. 8. Ext. de Cenſib.* Et ſi fortean præſumſerint per colluſionem penſionem quandam exigere, ab Eccleſiis illicò removentur *per Cap. 11 X. de Cenſib.* Perſonaliter tamen ſe Clericus ad penſionem annuam per dies vitæ præſtandam poteſt obligare, juxta reg. *Clericus ſe quidem, ſed non Eccleſiam conſtituere poteſt Cenſualem arg. C. 5. X. de Tranſact.* Panormitanus *ad Cap. 8. X. de Cenſib.* Aug. Barbos. *de off. & pot. Epiſcop. part. 3. alleg. 85. n. 1. 3.*

C 3 XXIII.

XXIII. Quandoquidem vero cenſus impoſitio eſt quædam ſervitus, & alienationem præ ſe fert, certè neque Epiſcopus, aut quilibet alius Eccleſiis novos cenſus imponere, aut veterem augere, aut partem proventuum in ſuos uſus vertere audet, ſive uti dicitur *in Cap. 7. X. de Cenſib. ... ſuis adpropriare præſumat*, etiamſi juramentum acceſſerit *Cap. 13. X. de Cenſib. Cap. 18. 21. X. de ju...* Joh. Bapt. Vivian. *ad Cap. 7 X. de Cenſib.* Prædicta tamen patitur exceptionem, ſi nimirum impoſitio fiat in alterius Eccleſiæ utilitatem, ex juſta cauſa & cum conſenſu Capituli. Inter juſtas autem cauſas refertur bonum pacis, ſtudium alicujus pauperis ſcholaris. Vid. Caſp. Ziegler. *ad §. 5. de Cenſib. Inſt. Lancell. in N.*

XXIV. Differt ab hoc cenſu exactio, uti ex ante dictis de facili licet colligere. Planè etiam ab iſto diſcrepat procuratio, quæ eſt neceſſariorum ſumtuum exhibitio Prælatis diœceſin viſitantibus debita *Cap. un. Extrav. comm. de Cenſib.* Olim iſtæ viſitationes per Regios Miſſos cum adjunctis Epiſcopis perficiebantur, quæ hodiè in Eccleſiis Proteſtantium per Conſiſtoria & Superintendentes expediuntur. M. A. de Domin. *lib. 6. de Rep. Eccl. c. 5. n. 131. & ſeq.* Neque tamen iſta procuratio debet in pecunia conſiſtere, ſed in paſtu, quoniam procurare hoc loco idem eſt quod curare, alere ac tueri, ſicuti pueri dicuntur procurari à nutricibus, & equus à domino. Verum iſtud ita præcisè & ſtrictè non obſervatur, quemadmodum colligitur ex *Cap. 3.* Bonifac. IIX. Pontif. *de Cenſib. in 6.* etſi contrarium ſtatutum reperiatur à Gregor. X. *in Cap. 2. eod. tit.* præcedens enim Conſtitutio eſt correctoria Conſtitutionis Gregorianæ.

XXV. Ita etiam cenſus iſte maximè diſtat à Decimis, cum neque cenſus neque tributa de fructibus, de quibus decimæ

... ſolvendæ, deduci debeant *Cap. 38 X. de Decim* ... *C. de SS. Eccl.* Et ſunt quædam bonorum mobilium portio, Deo tam divina quam humana conſtitutione debita *Cap. 14. X. de Decim.* Quæ deſcriptio utrum rectè ſeſ habeat, nunc prolixè non differam. Hoc ſaltem moneo, quod decimæ quatenus decimæ Eccleſiis non debeantur jure naturali vel etiam divino, quamvis in lege Moſaica mita fiat iſtarum mentio, quicquid etiam in contrarium dicat Rebuffus *Qu. 5. n. 11. de Decim.* & Innocentius III. *cap. 25. 28. & 32. X. de Decim.* ſed ſalarium Eccleſiæ miniſtris debetur, quod ſive decimarum præſtatione ſive alio modo præſtatur, perinde erit. Conf. Hahnius *Diſp. ad Cod. 5. de jur. ſacro quo ad res th. 40. & ſeqq.* Ampliſſimus DN. Engelbrecht *in prælectionib. ſua ad jus Feud.* Carpzov. *Juriſpr. Conſ. l. 1. defin. 126. & ſeqq.* Bened. de Capra *Reg. 98. n. 2. & 19. in Theſ. comm. opin. Tom. 1. fol. 198. β.* Zepperus *in explicat. leg. Moſaic. lib. 4. cap. 10.* Atque iſtæ decimæ adhoc ita appellantur, etiamſi aliquando octava, vigeſima, trigeſima aut quadrageſima pars ſit. Didac. Covarruv. *lib. 1. Reſ. 17. n. 2.* Paul. Laymann. *Theol. moral. l. 4. tr. 6* C. 2. Suntque decimarum duæ ſpecies, perſonales ſcilicet & prædiales. Gulielm Durand. *in Specul. jur. lib. 4. part. 3. n. 2. fol. 396.* Illæ ſunt, quæ ex iis proventibus deducuntur, qui ex propria cujuſque ſolertia & induſtria obveniunt, veluti ex negotiatione, artificio & militia *§. 1. de Cenſib. Inſt. Lancell.* Hæ vero ſunt, quæ ex fructibus prædiorum ſolvendæ veniunt, ut de vino, tritico, hordeo, avena, cannabe, lino, rapis, cepis, braſſicis & oleribus &c. *cap. 26. verſ. nimis. X. de Decim.* Alii addunt mixtas, quæ ex animalium fructibus, velut lana, fœtu, lacte, caſeo &c. præſtantur. Rebuffus *de Decim. Qu. 8. n. 23.* Soto *de I. & I. lib. 9. qu. 4. art. 4.* Quænam vero inter harum decimarum ſpecies ſit

d.ffe-

erentia, & quænam Eccleſia iſtarum ſiat compos, ... in Cap. 20. §. *noverit. X. de Cenſib. Cap. fin. X. de p...* Veidelius *in Notabilib. Verb.* Zehend.

XXVI. Differt etiam à Canonica portione, quæ de relictis & proventibus Eccleſiis obvenientibus detrahitur, & Prælatis debetur, prout deſcribitur *in* §. 1. *hic init. Lan. ll.* Eſtque duplex, Parochialis, quæ Parochiali Eccleſiæ, vel ipſius Curato & Rectori ſolvitur, & Epiſcopalis, quam de relictis alicui Eccleſiæ pro anima Epiſcopi deducunt *c. 15. X de teſtam.* Laurent Ohm *de iur. Epiſcop. concl. 18.* Atque iſta relicta vocantur Mortuaria *in Cap. 16. de off. ordin. iud.* Quam optimè tamen portiones iſtæ dicantur Canonicæ, vel inde liquet, quod ſint inventum novæ Eccleſiæ, lucrum & quæſtum ambientis. Chemnitius *in Exam. Concil. Trid. de purgat.* Caſp. Ziegler. *ad* § *1. d. t. Inſt. Lancell.* Quomodo itidem diſcrepet à Præbenda, quæ etiam differt à beneficio ut ſpecies à genere, *ex* §. *2. Inſt. Lancell.* cognoſcitur. Duarenus *de ſacr. Eccl. miniſt. l. 3. C. 8.* Hahnius *tr. de iur. Rer. Cap. 1. concl. 11. n. 15. it. Diſp. ad Cod. ſ. de iure ſacro quo ad res, th. 30.* Inter precariam vero ſive precarias, aut præſtariam aliàs precaturias *Can. 7. Qu. 2 Cau. 12. & ... X. de precar. l. 14. §. 5. C. de SS. Eccl.* & cenſum differe ... non difficilè colligitur ex eo, quod tradit Lehman. *Chron. Spir. l. 2. C. 43. p. 179.* Add. Ampliſſ. DN. Böttichèr / *Præceptor atque Patronus meus plurimùm obſervand. in de Precariis Diſputat. Inaugural. th. 80. cum aliquot ſeqq.*

MEMBRUM IV.

De Perſonis publicis Secularibus & privatis, quæ cenſum imponere poſſunt.

XXVII.

XXVII. Tantum de perſonis publicis Eccleſiaſticis progredior nunc ad publicas Seculares. Dixi autem ſupra *in th. 15.* cenſum publicum imponi ſuperioritatis & Regalium vel juriſdictionis ratione, juris enim notiſſimi eſt, cenſum publicum inter Regalia minora referri. DN. Struvius *in Syntagm. iur. Feud. Cap. 6. th. 21. & 24.* Mynſing. *Cent. 5. O. 29.* Cardin. Tuſchi *pr. Concl. lit. G. concl. 1. & lit. P. concl. 204. n. 1.* Quoniam autem inter publicas iſtas perſonas palmam præripit Imperator, conſequens eſt, ei ſoli, & ſuperiorem non recognoſcenti competere jus imponendi, augendi minuendive cenſum *l. 1. 3. Cod. vectig. nov. l. 10. ff. de publ. & vectig.* Iuſt. Sinolt. cognom. Schütz *de Vic. Imp. horumque pot. concl. 41. & ſeqq.* Mynſing. *Cent. 5. O. 31.* Alex. Trentacinquius *lib. 1. de iur. Fiſci. Res. 5. n. 2.* In Romana Rep. ſub Coſſ. exhauſto ærario nova vectigalia instituebant Ædiles, non diſſentientibus tamen Tribunis pleb. translata vero poſtea pop. poteſtate in Principem, jus quoque hoc in illum tranſiit *per d. l. 3. &* 10. Henr. Klock. *de iur. Vectig. concl. 8.* Verum hodiè hæc poteſtas nonnihil per Capitular. Electorum circumciſa videtur, dum expreſſis pactionibus cautum, ne Imperator abſque Statuum conſenſu, etiam urgente neceſſitate, vectigalia ac tributa nova imponere vel vetera augere poſſit, quemadmodum ex Capitul. Ferdinand. III. & IV. nec non Leopoldi obſervare licet. Unde tamen Majeſtati nihil detrahere, nec alteris quidquam adjicere volo, qua de re ſatis eleganter diſſerit Sever. de Monzamban. *de Stat. Imp. Germ. Cap. 5. §. 4.* Clauſula iſta in Receſſib. Imp. frequens eſt: darüber wir uns mit ihnen / und ſie hinwiederumb mit uns vergleichen. Ejuſdem tenoris Capit. refertur apud Goldaſtum Reichsſatzung *p. 2. pag.* 128 *in Capit. Carol. V. art.* 18. wir ſollen und wollen auch inſonderheit. Tob. Paurmeiſter *de iurisdict. Cap. 4. l. t.* I.

D n. 26.

bus 5. DN. Conring. *in Diſp. de Nomothet, th. 44.* Bixtorf. *ſ. ad Aur. B. th. 91 lit. F.* Idem quoque in Galliæ, Hiſpaniæ, Hungariæ, Angliæ, Poloniæ, Daniæ, aliisque Regnis frequentatum, & adhuc aliqua ex parte in viridi eſſe obſervantia conſtat. Herm. Latherus *lib. 1. de Cenſu Cap. 2. n. 12.* Caſp. Klock. *de Contrib. concl. 7.*

XXIIX. Cum igitur cenſus referatur inter Regalia *1. feud. 56.* ex illo axiomate ſponte ſua fluit, Majeſtatem civilem, aut ſimilem perſonam, penes quam jura Regalium reſident, habere hoc jus imponendi cenſum. Pari itaque ratione Principibus Imperii, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, qui ex ſingulari Imperatoris privilegio, vel cum Regalibus inveſtiti ſunt, jus iſtud non denegatur, ſed ſibi licitè vendicant. Libor. Hartyſerus *in Analyt. Jur. Feud. Cap. 5. lit. L. & ſeqq.* Per inveſtituram ſiquidem his omnia Regalia, & in ſpecie vectigalis jus conceditur, unde extra hæſitationem eſt, jure magiſtratus, ut ita loquar, hanc facultatem non competere, ſed ab Imperatore tanquam fonte derivari. DN. J. Sinolt. cognom. Schütz [illegible] *tr. concl. 48. in fin.* Id quod ex textu notum im Schwaben-ſpiegel Land Recht C. 12. *n. 4.* Alle Zöll und Müntzen / die ſeind eins Römiſchen Königs / und wer ſie haben will / er ſey Pfaff oder Ley / der muß ſie haben vom Römiſchen Reich und dem Röm. König / und wer das nicht thut / der frevelt am Römiſchen Reich: *& n. 3. eod.* C. 12. Wir verbieten allen / die in unſerm Reich ſeind / das ſie keinen Zoll nehmen ohn unſer Urlaub. Quidnam igitur ſtatuendum de Pontifice, aliis judicandum relinquo, atque aliquam partem jam liquet ex c. 20. Add. Welt. Reformat. Kayſers Sigiſmund. *Cap.* [illegible] Goldaſt. *Tom. 1. Imp. Conſt. p. 188.* Haben weltliche Herren Zöll innen / die ſollen ſie bekennen / das ſie Ihnen Lehnweiß empfohlen ſein / ſie mögen mit recht nicht ſprechen / das ſie

Ihr

..ge ſein. Quamvis itaque nova vectigalia imponere non poſſint, uti *ex* § *5. Inſtrum. Pac. &* §. *21. Capit. Leopol. & l. 1. ff. & C. de vectig. & commiſſ.* obvium eſt, Carpzov. *de Leg. Reg. C. 9. ſect. 2. & ſeqq.* cum tamen neceſſitatis morſus ſint graviſſimi, in caſu neceſſitatis ſuas provincias collectare non eſt prohibitum. H. Latherus *lib. 1. de Cenſu Cap. 3. n. 6.* Etenim vicarii Imperatorum perpetui audiunt, & plenitudine poteſtatis gaudent, eaque in ſuis territoriis, quæ Imperator in Imperio, quinimo longè plus poſſunt. Bernhard Greven *in proœm. pract. Concl.* DN. Ludolph. Hugo *de Stat. Region. Germ. Cap. 4 th. 9. & ſeq.* ubi elegantiſſ. hoc demonſtrat. Monzamb. *Cap. 5.* §. *13. &* § *28.* Joach. Cluten. *Syllog. Rer. quotidian. concl. 26.* eleganter.

XXIX. Hactenus igitur demonſtratum, quod omnis, qui habet Regalia, etiam eo ipſo habeat jus imponendi cenſum. Quæritur autem, quid decernendum circa Civitates Imperiales, an illis etiam competat jus imponendi cenſum. Et cum illæ territoriũ aliquod Imperii obtineant ſecundum Conringium noſtrũ *in Diſp. de Germ. Imp. civib. th. 53.* & non minus in civitatibus, ac Principes in ſuis Ditionibus jura Superioritatis Land- Ober- und Herrligkeit/ habere, & Regalium capaces eſſe intelligantur, utut alii contrarium defendant, minimè tamen jure imponendi cenſum defraudari debent. C. Klock. *de Contrib. conc. 10.* Licet enim olim dubitatum, an Civitates Imp. Regalia haberent, dum nondum erat liquidum, utrum etiam Status eſſent Imperii, hodiè tamen ea de re amplius nullum oriri poteſt dubium ob clariſſima verba Inſtrum. Pac. *Liberis Imper. civitatibus non minus quam cæteris Statibus Imper. &c.* Pl. Reverend. DN. Meier *de Notit. Reip. Germ. Hiſt. Pol. p. 3. C. 23.* § *3.* Quinimo non denego jus imponendi cenſum abſque ſuperioris etiam conſenſu Civitatibus Provincialibus,

, & oppidis Municipalibus Imperio mediatè per Principes ſubjectis, modo Regalium vel juriſdict. exercitium teneant. C. Klock. *de contrib. concl. 11.* Id quod ſæpenumerò uſuvenire videmus, ut ſcilicet apud civitates Regalia ſint abſque tamen præjudicio univerſalis juriſdictionis. Pruckman. *de Regalib. C. 5. n. 8.* Quemadmodum & Univerſitas ac Villa, Regalibus & ad juriſdictionem pertinentibus deſtituta, in tantum non excludenda, ut publica neceſſitate id compellente, ſine permiſſu Superioris, collationem quandam exigere non valeat, non tamen per modum præcepti & imperii, ſed convocatis omnibus omnino civibus *L. 2. C. de mun. patrim. l. fin. Cod. de immun. nem. conced.* Conf. Vitus Polantus *Qu. & Reſp. ad Cod. d. l. 2.* Quæ tamen inde hoc modo inter Regalia minimè recenſenda; neque etiam prædicta obtinent in Regno Hiſpaniæ. H. Lutherus *d. tr. lib. 1. Cap. 4. n. 6.* H. Klock. *de jur. vectig. concl. 11.* Colleg. Argentor. *ad tit. de Cenſib. th. 19.* Beſold. *Diſc. Pol. de AErar. publ. Cap. 5. Qu. 7.*

XXX. Præterea quoniam ſupra in deſcriptione dictum, quod non tantum ſuperiori, ſed & privato certa ratione competat jus imponendi cenſum; etiam de privatis, quomodo hi cenſum accipere poſſint, erit agendum. Nullæ enim in univerſum perſonæ, quæ civiliter acquirere poſſunt, impediuntur conſtituere cenſum. Quæcunque enim ita acquirendi habent facultatem, illæ quoque, ſi cætera ſint paria, iſtius rei acquiſitæ dominium certo modo iterum in alium transferre, & per conſequens ſibi reſervare cenſum valent. Faciunt autem hoc vel plenè vel minus plenè. Hahnius *de iur. Forens. Exerc. 12. concl. 3.* Sic dominus fundi poteſt prædium vel fundum in alterum plenè transferre, reſervata interim ſibi certa penſione in fructibus vel pecunia, annuatim ſub nomine cenſus præſtanda *L. ult. C.*

de R.

de R. P. Quicunque vero ſolum modo dominium utile habet, non poteſt transferre directum dominium ſub lege cenſus abſque cenſenſu domini. Etenim, ſecundum vulgatum axioma, nemo alteri dare poteſt, quod ipſe non habet *arg. l. 54. ff. de R. I.* Quapropter etiam maritus non poteſt ex fundo dotali facere cenſualem abſque uxoris conſenſu, ratio eſt, quia fundus dotalis non eſt mariti in perpetuum *l. un. §. 15. C. de rei ux. act.* & marito jus alienandi non competit *pr. Inſt. quibus alien. licet vel non. l. 2. C. de fund. dot. ibique* Brunnemano. DN. Struvius *Ex. ad ff. 19. th. 20. & ſeqq.* Virginius *de Cenſib. p. 2. n. 74.* Ita & Clericus non poteſt conſtituere cenſum ſuper beneficio. Riccius *in ſua prax. verb. alienat. Decu. 71.* Neque feudatarius & emphyteuta ſuper re accepta in feudum & emphyteuſin. Ioh. de Dicaſtill. *lib. 2. de I. & I. tr. XI. Diſp. 1 dub. 2 n. 32.* Dominus autem concedens alicui fundum vocatur dominus cenſus, der Zinßherr/ ideo, quia à cenſuario, dem Zinßman/ ratione contractus vel delicti cenſum exigit. In multis etiam locis nomine bonorum cenſiticeorum renovatio inveſtituræ petenda, & laudemium ſolvendum. DN. Struvius *ad ius Feudal. C. 2. th. 10. n 8.* Colerus *dec. 24. n. 4. 5.* Richter. *p. 2. dec. 48.* Lehmann. *Chron. Spir. lib. 2. Cap. 44. fol.* 192.

XXXI. Et in ſpecie quilibet creditor vel cenſum vel loco cenſus præſtandi in re debitoris hoc jus ſibi acquirere poteſt. Et quidem ſi inter debitorem, & creditorem hoc actum ſit, ut hic re illius loco uſurarum utatur, vocatur pactum antichreticum *l. 17. l. 11. C. de uſur. l. 33. ff. de pign. act.* Frantzk. *tr. de Laudem. C. 14. n. 64. & ſeqq.* Add. Coll. leg. Argentor. *ad. tit. ff. de A. P. th. 9.* Quemadmodum vero interveniente contractu emtionis venditionis utplurimum ratione rei, quæ jam eſt cenſuarii, imponitur cenſus,

D 3 qui

q̃ui inde impoſititius dicitur Frantzk. *lib.1. Reſ.n.16.* ... iam donator ſuam rem in alium ſub hac conditione transf[er]re poteſt, ut interea donatarius certo tempore loco cenſus quid præſtare vel facere debeat. Id quod cuilibet per[vi]ſum, uti *ex l. 18. ff. de A. P.* ubi ſedes Conſtituti Poſſeſſ[ori]i habetur, notiſſimum eſt.

XXXII. Sunt etiam perſonæ, quæ quodammodo [na]tura vel lege ſunt inhabiles ad conſtituendum vel acqui[r]endum cenſum privatum. Naturà inhabiles ſunt, in quibus naturaliter deficit id, quod neceſſariò ad acquiſitionem accedere debet, quale quid eſt animus rem ſibi habendi. Solet autem iſte animus deficere vel propter ætatem, ut in infante *per. l. 32. § 2. ff. de acquir. p.* cumprimis in illo, qui nondum annum ſeptimum ætatis egreſſus *l. 18. C. de jur. delib.* vel propter morbum, uti in furioſo *l. 22. §. 17. ff. ſolut. matrim.* vel etiam propter aliud impedimentum, veluti in ſummè ebrio *l. un. C. ſi quis Imp. m. d.* Infans igitur & furioſus talis ſcilicet, qui comparatur abſenti *l. 2. §. 3. ff. de jur. cod.* licet corpore ſuo rem apprehendant, nihilominus tamen, ut per ſe acquirant, ipſis eſt vetitum *l. 1. §. 3. l. 18. §. 1. ff. de A. P.* Ille tamen accedente tutoris autoritate acquirere poteſt *ob text. l. 32. §. 2. d. t.* propter utilitatem. Colleg. Argentor. *ad tit. ff. de A. P. th. 8.* hic vero ne cum curatoris quidem conſenſu, quoniam potius medicina vel commiſeratione, quam ſupplemento opus habet, ex æquitate tamen ſolus ipſi curator rem acquirere poteſt *arg. l. ult. C. de cur. fur.* Gœddæus *de contrah. & comm ſtip. C. 7. concl. 9. n. 112.* Philipp. Matth. *ad l. 5. ff. de R. I.* Pupillo tamen infante majori, etiam non adhibito tutoris conſenſu, acquirere conceſſum eſt *l. 32. §. 2. d. t.* & ſunt expreſſi textus, in quibus infans & furioſus etiam ſine tutore & curatore acquirunt ut *in l. 1. §. 5. l. 32. in fin. ff. de A. P. l. 28. ff. de uſuc.*

Lege

Lege civiliter acquirere prohibentur quidam, quibus commercium rerum interdictum vel in genere *l. 14. § 1. l. 22. C. de haeret. l. 17. §. 1. ff. de poen. l. 15. ff. de interd. & rel.* vel in ſpecie *l. uni. Cod. ne Chriſtian. mancip.* quidam vero, qui in poteſtate dominica conſtituti ſunt, quales ſunt ſervi, quia ipſi poſſidentur *l. 118. ff. de R. I.* & propterea aliud quid civili poſſidere non poſſunt *l. 1. §. 1. ff. de acquir. poſſ. l. ſeq. § 4. ff. de A. R. D.* Add. ICtiſſimus DN. Eichell *in abſolutiſſ. ſuo tr. in tit. ff. de div. R. I. Cap. 8. Reg. 209. & ſeqq.*

MEMBRUM V.

De his, qui ſolvunt publicum, & qui privatum Cenſum.

XXXIII. Cum autem ex ſupradictis manifeſtum ſit, cenſum publicum imponi ab illis, qui ſunt ſuperiores ratione juriſdictionis, ordo nunc ſuggerit, ut oſtendam, quinam ad ſolvendum iſtum cenſum ſint adſtricti. Hoc autem in facili erit oſtendere, ſi exponatur, quinam ratione juriſdictionis, præſupponentis ſubjectionem, ſint inferiores. Quoniam igitur omnes Subditi hic ſunt tales, conſectarium erit, omnes omnino ſubditos regulariter ad præſtationem ejuſdem teneri, niſi quidam ſpecialiter reperiantur exemti. Per ſubditum autem hoc loco non intelligitur is, qui bona tantùm in alterius territorio poſſidet, ſive ſint feudalia ſive allodialia, focum vero ſuum in alio territorio inſtruxit, ſed propriè is, qui habet domicilium quoddam in iſto loco *l. 20. ff. ad municip. l. 190. ff. de V. S.* Schonborn. *lib. 8. Pol. Cap. 34.* Hinc vaſallus ob acceptum feudum in numerum & album ſubditorum referri non poteſt. Vaſallus enim jurat tantùm getrew und gegenwertig zu ſein/ wie einem rechten Lehman gebühret/ und anſtehet/ ſubditus vero getrew/ hold und gehorſam Speidel. *in Notabil. verb.* Unterthanen.

Quam.

Quamvis vero & civis & incola in civitate domicilium conſtituant, differunt tamen inter ſe, civem, incolam & ſubditum eſſe, *l.* 239 §. *incola ff. de V. S.* Domicilium ſibi eligere, non facit aliquem illicò civem, licet hodiè incola, ſemel alicubi conſtituens domicilium, ibi effectu cum cive conveniat, & nihil aliud ſit quam civis adſcititius. Hahnius *ad VVeſenb. tit. ad Municip. in fin.* Latius etiam patet aliquem eſſe ſubditum, quam eſſe civem, & ſic domicilium facit aliquem ſubditum, non tamen ſtatim efficit civem, quemadmodum ex ante dictis ſatis ſuperque liquet. Nam & inquilini & ſervi domicilium habere poſſunt, qui cives non ſunt inter ſubditos tamen omnino recenſendi Ariſt. *3. Pol.* 1. Piccart. *in Pol. Ariſt. f. n.* 337. Cum itaque ratione domicilii quis ad cenſum publicum præſtandum adſtringatur, conſequens eſt, ut, ſi quis duplex habeat domicilium, quod fieri ſecundum Boërii *Dec.* 13. *n.* 2. poteſt, etiam utrobique onus iſtud ſubire cogatur, ubi tamen bene obſervanda erit *l.* 27. §. 2. *ff. ad municip.* Add. Colleg. Argent. *ad tit. ff. de Cenſib. th.* 27. Quando vero incola priori domicilio renunciat, tenetur magiſtratui iſtius loci penſitationem quandam ſolvere, quæ vocatur German. Nachſteur C. Klock. *de AErar. lib.* 3. *C.* 69. *n.* 8.

XXXIV. Forenſes autem ſive peregrini, exules, advenæ vel hoſpites, qui commerciorum cauſa in territorio alieno commorantur, vel qui neceſſitate quadam coacti illúc ſe demiſerunt, puta tempore belli, peſtis, metuque hoſtium ad conſervandas ſuas res, an iſti quoque huic oneri ſubjaceant, difficilis reſolutionis articulus videtur. Verum cum ratione domicilii quis collectis gravandus ſit, Surd. *Conſil.* 525. *n.* 13. forenſes autem, advenæ & ſimiles domicilium ibi habere non videantur, quoniam ea, quæ ad hoc requiruntur *in l.* 17. § 5. 13. *ff. ad municip. l.* 4. *C. de incol.*

... hic deſunt, atque neceſſitate, duro telo, quod, uti notum, caret lege, adducti, ad tempus ſaltem habitationem quærunt, æquum eſt, iſtas perſonas non onerari. Maſcard. *de probat, concl, 535. n. 26. & ſeqq.* Gail. 2. O. 52, n. 8. Liberum enim prorſus hoſpitium omneque humanitatis genus iſtis debetur ſine ullo gravamine & injuria *Levit. 19. verſ. 34. Deut. 10. verſ. 18. & Cap. 15 verſ. 11. arg. Auth. Habita. C. ne fil. pro patr.* Hinc etiam, niſi ſumma neceſſitas contrarium ſtatuat, pro rebus ſuis convaſatis vectigal tenentur ſolvere nullum *arg. l. 15. ff. de publ. & vectig.* C. Klock. *de contrib. concl. 18.* Beſold. *diſc. Pol. de Ærar. publ. C. 5. n. 3.* An autem hoc ſemper ſtrictè obſervetur, dubito, cum experientia contrarium teſtetur, ſed aliud fortean eſt, quod de facto fit, & quid de jure fieri debeat, Conf. tamen Colleg. Iur. Argentor, *de Cenſib. th. 27 in fin.* Secus dicendum de Iudæis, qui certis conditionibus in Imp. Rom. German. tolerantur *l. 14. C. de Iud. & Cœlic. Nov. 45. & ſeq.* Schonborn. *l. 3. Pol. cap. 36, in fin.* C. Klock, *de Ærar, lib. 2, C. 62* Speidel. *in Notab. verb.* Jüden / quique ratione cenſus præſtandi Servi Fiſci vel Fiſcales audiebant. Cenſus enim iſte non tam Imperii quam Imperatoris erat, unde Fiſci ſervi dicti. Etenim diſcrimen eſt inter Ærarium & Fiſcum, de quo legatur Hahnius *ad VVeſenb. tit. de jur. fiſc. n. 2.* Cum autem fontes iſti exaruerint, hodiè diſtinguitur inter Land-Renterey & Cammer / adeoque nunc appellantur Cammer-knechte. Iungatur circa Iudæos Reinking. *de Reg. S. & E. lib. 2. Claſſ. 1. cap. 3. n. 14. Ordinat. Imp. Pol. de Ann. 1548. tit.* von den Jüden / *& de Anno* 1577. *tit.* 20.

XXXV. Quod Clericos attinet, etſi illis *in l. 17. C. de Epiſc. & Cler.* ſecuritas à contribuendo indulgeatur, tenentur tamen Eccleſiæ & Clerici quandoque ad tributum & onera realia *Can. 27. Can. 11. qu. 1, Can. 22, Cau. 23, qu. 8,*

E Molin,

Molla. *de tribut. Diſp. 671. n. 1.* Quemadmodum & Nobiles ab hoc munere non ſunt immunes, cumprimis, quod nullibi reperiantur in omnibus bonis privilegiati *l. 18. § in-ibi Bart. ff. de munerib. l. 1. §. 1. ff. eod.* ſed ſaltem ratione feudorum, pro quibus ſervitia præſtant; neque milites *per l. fin. § 18. ff. d. t. l. 11. ff. de vac. mun.* neque in certis caſibus Graduati, Thoming. *dec. 55. per tot.* neque Vaſallus Carpzov. 1. *R. 71. n. 14.* neque emphyteuta, uſufructuarius, ex emtus erit *l. 13. verb. function. C. de act. emt. l. 1. C. de muner. & trib.* neque creditor, poſſidens ſcilicet pignus ratione fructuum, quos percipit *l. 6. C. de pign.* Meguſant. *de pign. 7. p. 3. memb. n. 3.* Idem de poſſeſſore tradit Garzia *de expenſ. C 16. n. 37.* Neque etiam venditor annui reditus Felician de Solis 2. *de Cenſib. C. 6. n. 2.* emtor vectigalis, locator, colonus, quoad res proprias *l. 4. verſ. ſane C. de agric. & cenſit.* legatarius, modo collecta poſt mortem teſtatoris indicta ſit; fideicommiſſarius aliique, qui quodammodo jus in re habent, & ſic etiam cenſuarius, quia penes illum eſt dominium prædii. Vid. Ioh. de Dicaſtill. *lib. 2. de I. & I. tr. 11. Diſp. 1. dub. 3. n.* 136. C. Klock. *de Contrib. concl. 21. & ſeqq.* DN. Struvius *Ex. ad ff. 10. th.* 91.

XXXVI. Privatū cenſum tenentur ſolvere omnes, qui dominium vel plenè vel minus plenè ſub certa conditione cenſus accepere. Sic enim Cenſuarius, qui nactus eſt plenum dominiū, certum annuum ſolvit cenſum *l. ult. C. de Rer. Perm.* qui cenſus vocatur reſervativus, uti ex eo conſtat. Et cum alius ſit conſtitutivus, quod inibi etiam explicavi, qui ſolvitur ex jure percipiendi reditum certum, alteri per venditionem ſimilemve titulum conſtitutum, eſtque realis vel perſonalis: Hinc porro præſtat cenſum iſtum ex contractu emtionis vendit. debitor, obligans ſe vel ad certam penſionem ſine ordine ad certam aliquam rem,

vel

vel principaliter ratione perſonæ ſe obligans, cũ hypotheca tamen. Frantzk. *1. Reſ. 1. n. 51. & ſeqq.* Lud. Molina *de I. & I. tr. 2. Diſp. 381. 382. & ſeqq.* Dicaſtill. *de I. & I. lib. 2. tr. 11. Diſp. un. dub. 1. & ſeqq.* Item qui ex permutatione accepit rem, donatarius quoque, legatarius, fideicommiſſarius aliique. G. Frantzk. *1. Reſ. 2. n. 23.*

MEMBRVM VI.

De qua re ſolvatur publicus & privatus Cenſus.

XXXVII. Olim exactionum initia ſatis erant moderata, adeo ut ſuper paucis ſaltem rebus cenſus fuerit ſolutus; poſtea vero paulatim magis magisve in immenſum excrevit. Hinc Superindictum *l. 1. C. de superind.* Aurum Coronarium *l. 1. C. de aur. cor.* Centeſimæ, quadrageſimæ, quinquageſimæ, viceſimæ hereditatum *l. fin. C. de Edict. Div. Adr. toll.* Et pro funeris transvectione, pro umbra platani vectigal ſolutum tradit Clapmar. *de Arcanis Rerump. lib. 2. C. 14.* pro nive item vendita, cujus exemplum exſtat apud Parlador. *1. Rer. quotid. Cap. 3. §. 2. n. 14.* Quinimo Imperator Peſcenninus Niger aëri & vento vectigal imponere exoptavit, adeo ut infinitæ nunc ferè res ſint, de quibus hodiè cenſus præſtandus, id quod ex variis exactionum generibus patet. Sic enim datur Reichsſtewr / Landſtewr / Frewlinſtewr / Abzug und Nachſtewr / Abfahrt / Abſchoß / Aufflöſung / Leibſtewr / Bodenzinß / Weingeld / Fruchtgeld / Schlägelſchatz / Froſtgeld / Maſtgeld / Laſtgeld / Soldatengeld / Balckengeld / Maſtbaumgeld / Weinkauff / Todfell / Weidmall / Erbzinß / Pflüggeld / Rodgeld / Trifftgeld / Zehenden von Fleiſch / Wein / Korn / Erbßen / Flachs / Krautt / Vieheſchatz / Scheffelſchatz / Hufengeld / Bawholtzfuhr / Tranckſtewr / Schornſtein oder Camingeld / Sparrengeld /

geld/ Münzgeld / Schutzgeld / accis, Handlohn/ Wüllen-
ſchatz/ Betteſchatz / Kuchenſchatz/ Taffelſchatz/ propter bona menſalia, Biſchöffliche Tiſch und Taffelgütere / Freygeld / Brückengeld/ Weggeld/ Beede &c. unde hæc ultima tributi ſpecies ita dicta ſit egregiè exponit Conſultiſſ. DN. [illegible]cher *in Disput. ſua Inaugural. de Precar. th. ult.* De omnibus iſtis exactionum ſpeciebus videri poteſt Speidel. *in Notabil. paſſim.* Suntque harum exactionum in variis Regionibus varia nomina. Sic Regiomonti in Pruſſia datur Strömgeld/ Keutelgeld/ Angel und Stacknetzgeld/ Störfangsgeld/ Börnſteinfangsgeld etc.

XXXIIX. Summa tamen cura Principum ac Magiſtratuum eſto, ne cenſus indicatur ſordidus, qui maximam præ ſe fert iniquitatem. Quid namque iniquius, quam pro umbra, aëre &c. ſolvere cenſum, quemadmodum non ignoramus teſte Adriano Turnebo de regulis ædificiorum, in Lotharingia de ſingulis feneſtris tributum ſolutum fuiſſe. Et Veſpaſianus Cæſar urinarium cenſum excogitavit, qui profectò idcirco nunquam ſordiciei maculam effugiet. Reprehendenti enim filio Tito pecuniam ex prima penſione admovit ad nares, interrogans, numne pravum ſentiret odorem; & illo negante, *Atqui* ait, *e lotio eſt.* Unde vetus eſt illud: *lucri bonus eſt odor ex re qualibet.* Vid. C. Suetonius *lib. 8. in T. Flav. Veſpaſian. vita n. 23.* Eo tandem proceſſit, ut de mendicis quidem pepercerit, deque rebus divinis juncta ac humanis pecuniam cuderit. H. Latherus *lib. 1. de Cenſu Cap. 5. n. 5.* Sed quid mirum, cum ipſæ hodie manuum impoſitiones & Spiritus Sancti dona in nonnullis locis vendantur. Unde Baptiſta Mantuanus Monachus non ſictè ſucinit:

Templa, Sacerdotes, altaria ſacra coronæ!
Ignis, thura, preces, cælum eſt venale Deusque.

Atque

Atque in Italia & quidem Romæ cenſus ſolvendus eſt e lupanaribus, eſtque lupanar ſecundum Schefferm. *lib. 3 Pol. c. 11. p. m. 270.* Romano Præſuli delicatiſſima filia. Quinimo Urſula *in Cap. 23. X. de Decim. per l. 4. ff. de reddit. ob turp. cauſ.* probat meretricem ſolvere decimam. Sed ejuſmodi cenſus eſt impurus, deteſtabilis, Deoque invitus, ſed ac quibusvis barbatis improbum & exſecrandum piaculum. Latherus *d. tr. & C. n. 23.*

XXXIX. Licitè itaque cenſus exigitur de omnibus bonis, tam mobilibus quam immobilibus, fructum ferentibus *arg. l. 7. §. 2. l. 27. § 3. ff. de uſufr. l. 2. C. de annon. & trib.* Boter. *de R. S. lib. 7. C. 4 p. m. 369.* adeo, ut ne Principis quidem poſſeſſiones & prædia incorporata fiſco eximantur à cenſu pro utilitate communi indicto *l. 4. ff. de Cenſib.* Non vero de ſterilibus bonis imponitur, Hahnius *ad Weſenb. tit. de Cenſ. in pr.* quamvis non ſit prohibitum ejuſmodi ſtatuere, ut, qui habent fertilis prædii, ii etiam cogantur ſuſcipere ſterilia, ut compenſentur *l. 4. C. de cenſib. & cenſit. l. 2. 4. 5. 6. 7. 9. 10. C. de omn. agr. deſert.* Exceptio tamen eſt *in Nov.* 128. *C. 1. §. 1.* Neque etiam de otioſa pecunia, catenis & annulis aureis, margaritis, lapidibus precioſis, ornamentis, quibus ſola pompa & inanis gloria quæritur, nec ulla realis commoditas percipitur, cenſus ſolvitur, ad refrenandum tamen immodicum luxum & quorundam effrenatam ſuperbiam compeſcendam forte non malè hiſce rebus nimium utentibus cenſum poſſe imponi non negabo. Neque ſolvitur cenſus de Magnatum & Nobilium armis, aliisque, quæ ad defenſionem adverſus vim hoſtilem ſunt præparata: neque de ſuppellectili domeſtica, incertisque nominibus, cenſus ullus præſtandus eſt, H. Latherus *lib. 1. d. tr. C. 6. n. 20.* Id quod clarè & expreſſè indicant verba *in Receſſ. Imper. de Anno* 1542. §. Derh

E 3 ſollen

ſollen in ſolchem Anſchlag eines jeglichen Kleyder / Kleynodien / Silbergeſchirr / und anderer Haußraht etc. It. Hohen Standsperſonen / denen vom Adel und Reyſigen Knechten / ihre Pferde / dergleichen auch andere Wehr und Harniſch / auch geſchütz / Pulver etc. Eiuſdem tenoris exſtat *de anno 1544.* §. Doch ſollen in ſolchem etc. Neque etiam ſolvendus cenſus pro mortuo animali: Sebaſt. Medices *tr.2.lib.7.Reg. ſam jur. Civ. quam Pontif. Tom. 1. p.552.* β, quemadmodum neque de iſtis rebus, quas quis proprii uſus cauſa emit *l.5.C. de vectig. & comm. ibique* Brunnemann. *l.4.* §. 1. *ff. de publ. l.203. in med. ff. de V. S.* Chriſtinæus *Vol.3. Dec.101 n.5.* Verbi cauſa, quando quis halleces, piſces, vel aliud quid in nundinis emit in proprium uſum, non ut revendat. Ioann. Koppen *lib. 1. qu. illuſtr. dec. 50. n. 30. & ſeqq.* Et dicit Henning. Arniſæus *lib 3. de jur. Maj. C.7 n.5.* pro frumento, ad molendinum deferendo, vectigal non eſſe ſolvendum. Sed vix iſta hodiè in viridi ſunt obſervantia, & experientia teſtatur contrarium, cum etiam de rebus ad proprium uſum emtis gabellæ & vectigalia ſolvantur, quemadmodum rectè obſervat H. Latherus *lib. 1. d. tr. C. 6. n. 25.*

XL. Potius autem, ut dictum, pro mercibus peregrinis, quæ ad luxum ac delicias tantum faciunt, cenſus eſſet præſtandus, ignotum enim haut eſt, quantum pecuniæ pro Damaſcenis, Attalaſenis, Byſſinis aliisque peregrinis rebus ex Germania quotannis in exteras regiones avehatur. Conf. *tot. Cap.9.* Latheri *lib.1. d. tr.* Klock. *de AErar. lib.2. C. 65. n. 10.* Jacob. Simancha *lib. 9. de Rep.* C. 24. *n.5.* Sed quæſtio non levis momenti ſolet moveri, utrum etiam mercatores pro mercibus cenſum ſolvere teneantur. Ubi quidem non pauci negativam defendere ſatagunt, quod nimirum vires patrimonii mercatorum plerumque in incertis nominibus conſiſtant, merceſque multis caſibus,

belli,

belli, peſtis, illuvionum, incendii, ac debitorum foro cedentium obnoxiæ proſtent. Quibus accedit, quod hæc immunitas mercatorum plures allicere & commercia vehementer augere poſſit. Quamvis vero hæc opinio ab æquitate, & publica utilitate non omnino recedere videatur, contrarium tamen plerumque in praxi obſervatur. Cenſus iſte vulgò vocatur accis à Gallico *aſſiſſe*. Et differt ab eô, qui ob merces invectas & evectas ſolvitur. Fundamentum æquitatis hujus cenſus conſiſtit in notiſſimo axiomate: quod, qui ſentit lucrum, utique etiam onus ferat. C. Klock. *de Ærario, lib. 2. C. 91. n. 2. it. de contrib. concl. 21.* Lather. *l. lib. 1. d. 17. C. 6. n. 4.*

XLI. Solvendus etiam cenſus de rebus dotalibus in loco domicilii mariti *l. 18. ff. de imp. in rem dot.* de juribus item, puta annuis reditibus, ſive perpetui illi ſint, ſive redimibiles. Colleg. Iur. Argentor. *ad tit. ff. de Cenſib. th. 28. in fin.* & nominibus, niſi nomina ſint incerta vel inexigibilia. Rota Gen. *Dec. 156.* Et multæ aliæ res ſunt, uti ex ſupra dictis apparet, de quibus cenſus præſtandus, ſed mei jam inſtituti non eſt, ſingulas res in ſpecie recenſere. Poteſt tamen iis de rebus omnibus evolvi Caſp. Klock. *lib. 2. de Ærar.* ubi per aliquot Capita egregiè & fusè de iis in ſpecie agit.

XLII. Benè quoque notandum venit, vectigal potius, ſi fieri poſſit, rebus exportatis, quibus reſpubl. abundat, alii vero maximè indigent, imponendum, & peregrinos magis, quam cives onerandos eſſe. Sicut Turcarum Imperator ab exteris portu ſolventibus, rerum exportandarũ decimas, & à ſubditis vigeſimas capit. Unde improbatur Galliæ mos à Bodino, quod minimum ac ferè nihil peregrinis pro ſalario vectigalis, ſubditis vero graviſſimum imperetur. Cavendum tamen eſt, ne nimium vectigal, rebus exportandis impoſitum, exteros alias vias doceat ad quærendas

ſas aliunde res, ex hac vel illa republ. hactenus expor... ſolitas. Præterea obſervandum, cum ad Magiſtratus officium pertineat, perverſos abolere mores, cumprimis autem iſtos, unde ſæpius totæ reſpp. everſæ ſunt, atque adhuc concidunt, nullum videri Deo gratiorem cenſum quam qui imponitur in luxum veſtium, ſumtus compotationum ac conviviorum, &c. quorum leges ſumtuariæ olim fuere Lex Oppia, Orchia, Fannia, Didia, Cicinia, Æmilia, Cornelia, Antonia, Antia, Iulia, Add. Cornel. Tacit. *3. Annal.* Inde etiam rectiſſimè luxui veſtium certos præfixerunt cancellos Maximil. I, *de Anno* 1500. *tit.* von übermäſſigkeit der Kleyder. Carol. V. in Reformat. guter Policey Auguſt. *Anno* 1530. *tit.* von unordenlich- und köſtlicher Kleydung. Atque de ſumtibus compotationum extat Receſſ. Imper. *ſub tit.* von übermäſſigen Trincken / und von Zutrincken, *Anno* 1548. *&* 1577. Add. H. Latherus *d. tr. lib.* 1. *C.* 9. *& ſeq.* Nec non in aleam; quamvis alea aut charta ludere non ſimpliciter ſit contra jus naturæ. Ioſeph. de Seſſe *Deciſ.* 144. Covarruv. *Tom.* 1 *p.* 2. *Relat. C. peccatum de R. I.* 6. §. 4. *n.* 1. Quoniam tamen hic dolos & fraudes ſpes lucri & amor victoriæ facilè miſcere ſolet; & reipubl. intereſt, ut homines ab otio ad liberale negotium ducantur, & potius ex ſeriis quam ex ludicris artibus rem faciant, ideo apud pleraſque Gentes hic modus captandi lucri eſt improbatus, ut Ebræi aleatores furibus compararint, quod optimè confirmat Ioh. Seldenus *de Iur. N. & G. juxta diſcipl. Ebraeor. l.* 6. *Cap.* 11. Unde & Hiſpani aleatorem ſua lingua *tahur* quaſi *hurta* i. e. furem vocant, qui apud Romanos Lege Cornelia, Titia & Publicia condemnatur. Et apud Turcas & Sarracenos ſupplicio afficitur. Rittershuſius *part.* 1. *Nov. C.* 7. *n.* 53. Hahnius *ad VVeſenb. tit. de aleat. n.* 4. *in fin.* Quemadmodum & is admodum gratus Deo videtur, qui imponitur in

tur in Chartas luſorias, aliorumque ſcelerum coërcitionem. Qua de re vid. C Klock. *lib. 2. de AErar. C. 101.* Beſold *diſc. Pol. de AErar. C. 4. verſ. 15.* Speidel. *in Notabil. verb.* Spielen. Polyd. Virgil. *lib. 2. de Inventor. Rer. Cap. 13.* Speckhan. *in Synopt. Exeg. jur. Caſ. ad lib. 3. Cod.*

XLIII. Quandoquidem ergo ex ſupra dictis eluceſcit, cenſum publicum præſtandum eſſe de rebus immobilibus & mobilibus, hoc loco nunc advertendum eſt, quod cenſus privatus rei mobili non ſoleat imponi. Solvitur autē dupliciter, quemadmodū ex ſupra allata diviſione apparet, quando dixi, cenſum alium eſſe perſonalem, alium realem, quorum poſterior verus & proprius dicitur cenſus. Præſtatur itaque vel à perſona ſimpliciter, vel de re immobili, & quidem vel allodiali vel feudali. Qui de re immobili ſolvitur, aliquando eſt idem ac jus ſive facultas percipiendi, quæ in emtione venditione interveniente pro pretio numerato æſtimatur & in emtorem transfertur. Ioh. de Dicaſtillo *de I. & I. lib. 2. tr. XI. Diſp. un. dub. 1. n. 2.* Et ille cenſus regulariter perpetuus eſſe debet, tametſi certo reſpectu redimibilis ſit, unde & ſubjectum tale requirit, quod durare & quaſi perpetuo reditum præbere poſſit. Res autem iſta immobilis debet eſſe fructifera, cum aliàs eſſet palliatio uſurarum, vel in effectu mutuum importaret. Non tamen neceſſe eſt, ut res cenſita fructus tantum habeat naturales, ut oleum, vinum &c. ſed ſufficit, quod fructus pretio æſtimabiles ferat. Semper autem iſta res debet eſſe certa, quia fundis incertis cenſus non conſtituitur. *Cap. 1. & 2. in Extrav. de emt. vend.* Et ex hoc cenſu præter jus reale nulla peculiaris obligatio datur, qua venditor vel ejus heredes teneantur. Frantzk. 1. *Reſ. 2. n. 122.* Vel cenſus præſtatur ſimpliciter à perſona, unde etiam perſonalis dicitur, quando videlicet perſona ſe obligat ad certam penſionem ſine ordine

F ad

ad certam aliquam rem, unde ſolutio facienda abſque ulla rerum vel bonorum aſſignatione hypothecaria, uti in annuis reditibus fit. Licet enim annui reditus res ſint incorporales habendæ pro immobilibus *arg. l. 14. C. de SS. Eccl. & Nov. 120. C. 1.* hic tamen non tam res quam ipſa perſona attenditur. Appellantur autẽ annui reditus, quod anno à anno in alterum ſolvendi redeant, puta, cùm quis aureis centũ emit cenſum æquantem 5. aureos, ex fundo, domove. Eſtque introductus & inventus ejuſmodi contractus à Pontificibus *in C. 1. & 2. de emt. vend. in Extrav.* receptus vero Receſſ. Imp. *de Anno* 1577. *tit.* von Wucherlichen Contracten. Et ut valeat, duo potiſſimum à B. DN. Hahnio requiruntur (1) ne ultra quincunces in ſingula centena annuatim recipiantur (2) ut ſoli venditori competat facultas cenſus annui redimendi, non vero emtori, die Loßkündigung der Gült verſchreibung ſoll bey dem verkauffer / und nicht bey dem kauffer ſtehen. Receſſ. Imp. *de Anno* 1548 §. und die loßkündigung.

XLIV. Sed nihilominus, quoniam hæc emtio venditio cenſuum ſive annuorum redituum juri civili incognita eſt, & jure Canon. ſaltem excogitata in palliationem uſurarum, quæſtio ſolet agitari, utrum contractui mutui æquipolleat? Et dum duplex ſtatuitur, realis nempe & perſonalis, & in reali penſio illa non tanquam uſura, ſed merx quædam vendita à recipiente pecuniam percipiatur, dicunt, hunc contractum cenſuarium non pro mutuo, ſed vera & formali emtione vendit. habendum eſſe, & propterea licitum Dom. Soto *lib. 6. de I. & I. Qu. 5. art. 1. & 2.* Frantzk. *lib. 1. Reſ. 1. n. 18.* Perſonalem autem, ubi ſola perſona obligatur, in effectu à mutuo nihil differre ſtatuunt. Verum diſſentit Hahnius à Frantzkio *ad VVeſenb. tit. de Uſur. n. 4.* Concedit tamen adhuc maximam hujus cenſus & emti-

quæ

uſurarii ſimilitudinem in eo, quod ut nummi mutuo dati cum ſtipulatione uſurarum, generant uſuram, ita & pretium datum cenſum, qui in effectu uſura eſt. Utrobique enim nummus nummum parit.

XLV. Maxima vero eſt diſcrepantia inter annuos iſtos reditus, German. Gültenkauff/ & bona cenſualia ſive cenſitica, Zinßgüter / licet pro contractu ipſo cenſuali, uti vult Covarruv. *lib. 3. Reſ. C. 3. n. 11.* vel potius pro jure ſive facultate reditus iſtius percipiendi ſumatur. Nullum enim hic prædium propriè cenſetur, nec ulla fit æſtimatio aut peræquatio, quod tamen ſecundum Georg. Frantzk. *in tr. de Laudem. C. X. n. 35.* verum & genuinum cenſus requiſitum eſt. In illis autem cenſentur prædia, & accipiens tenetur ſolvere certū annuū cenſum *l. ult. C. de Rer. Perm.* Adeo vero exiguus iſte cenſus interdum eſt, ut non raro gallina vel anſere concludatur. DN. Struvius *in Syntagm. jur. Feud. Cap. 2. th. 10.* Hahnius *in Diſſert. ſelect. 6. th. ult.*

XLVI. Et quemadmodum hic cenſus maximè ſimilis eſt canoni emphyteutico, adeo, ut vix ab eodem diſcernatur; ita & cujuſdam cenſus ac annuorū redituum diſcrepantia vix cernitur, ut & nonnunquam putent, in effectu convenire, fallunt tamen. Etenim canon iſte ſive penſio *l. 1. l. 2. ff. ſi ager vectig. l. 2. verb. ſolitam penſionem C. de jur. emphyt. ibique* Brunnemann. in contractu emphyteutico datur pro recognitione dominii directi apud concedentem permanentis. DN Böttícher *in Diſp. ſua Inaug. de Precar. th. 85.* Hahnius *in Diſp. ſelect. 6. th. ult.* In bonis vero Cenſualibus cenſus ſolvitur pro recognitione dominii à concedente accepti, utile enim & directum dominium ſimul transfertur. Hartman Hartmann. *tit. 1. de Cenſib. lib. 2.* Aug. Barbos. *Collect. in Decret. C. 6. de Relig. dom. n. 9. & 10.* Et ſic datur cenſus pro re noſtra, canon vero ex re aliena.

Caſp. Klock. *de Contrib. C. 47. n. 3.* Et in bonis emphyteu-ticis domino jus competit protimiſeos, illi autem, [illegible] betur cenſus, non item. Frantzk. *in tr. de Laudem. C.* [illegible] *63. & 1. Reſ. 7. n. 23.* Quæritur autem, utrum res [illegible] in dubio potius quā emphyteutica præſumatur? [illegible] reſpondeo diſtinguendo, quod ſcilicet reſpectu Eccleſiæ præſumptio ſit pro re emphyteutica, quemadmodum *in th.* [illegible] notavi, reſpectu vero privati cenſualis dicatur. Myn[illegible] *Cent. 3. O. 65.* Ludolph. Schrader *de Contr. p. m. 384.* [illegible] *n. 10. & ſeqq.* Et contractus, in quo conceditur res an[illegible] nuum reditum, videtur potius cenſualis ſive emphyteuticus, quam feudalis. Grammar. *Dec. 7[illegible]. n. 8. 9. 10.* atque in dubio potius cenſus realis, quam perſonalis præſumendus eſt. G. Frantzk. *1. Reſ. 7. n. 10.*

XLVII. Et ſic porro facile conſtat, quomodo nobis cenſus privatus, cujus natura una ſpecie hoc loco repetitur, non erit neceſſe, etiam differat ab Uſufructu. Cui cenſus hic conceſſus eſt, is nihil de proprietate participat, ſed nudum ſaltem habet uſumfructum, perſonæ cohærentem, & ſic de re aliena penſio datur, quod in cenſu ſecus eſt, uti ſupra dixi. Hahnius *in Diſp. ſelect. 6. th.* [illegible] *Rer. Cap. 3. concl. 30. n. 11.* Dom. Soto *lib. 4.* [illegible] *1. art. 1.* Tum quomodo differat ab ipſo Feudo, quod in rebus immobilibus, aut iis rebus, quæ pro immobilibus habentur, conſtitui poteſt *2. feud. 1. in fin.* & ſub conditione exhibendæ fidei, ita ut vaſallus ſervitia debita domino præſtare debeat. Finckelthaus *Diſp. feud. 1. th.* [illegible] Magnif. DN. Eybenius *in Elect. Feudal. Cap. XI. §. 9.* It. à Jure Superficiario, quod tantum conſiſtit in ſuperficie, non vero in ipſo rei ſolo, unde etiam vocatur Bodenzins. *l. 1. ff. de ſuperfic. l. 1[illegible]. ff. qui pot. in pign. l. 73. §. 1. ff. de R. V.* poteſtque conſtitui vel ſub penſione ſolvenda, vel etiam abſque hac

obli-

obligatione *arg. l. 1. pr. & §. 1. ff. de ſuperſic.* In cenſu autem porro ſemper requiritur certa quædam penſio, ut ex ſupra dictis dilucidè conſtat. A bonis item Libellariis, quæ affinia ſunt feudalibus & emphyteuticis bonis, quæ, pretio plerumque interveniente, à domino conceduntur alicui cum in finem, ut penſionem certam ſingulis annis ſolvat, & præterea ſtato condictoque tempore denuo numerato pretio contractum, vel jus, quod habet, renovet. Ritters-huſius *part. 1. Nov. C. 8. n. 31. & ſeq.* Conſultiſſ. DN. Böttiche *in d. Diſp. th. 81.* Schrader. *de contractib. p. m. 883. n. 4.* Solet hoc jus libellarium denotari à Dd. per jus Colonatinum, quo de *in l. 24. §. 1. C. de SS. Eccl. junct. Nov. 7. præf. §. 1. Nov. 120. C. 1.* A bonis, quæ jure precaria habentur, quorum uſusfructus illi, qui Eccleſiæ rem ſuam donavit vel in illa ſola, vel etiam in aliis rebus Eccleſiæ ſive mobilibus ſive immobilibus ad preces illius conceſſus, de quinquennio in quinquennium renovandus *l. 14. §. 5. C. de SS. Eccl. C. 5. & 2. C. 19. X. de precar.* DN. Engelbrecht. *in prælect. ſuis ad Jus Feudal.* Et hoc jus itidem poteſt conſtitui vel ſine vel cum penſionis annuæ promiſſione. DN. Böttticher *d. Diſp. th. 81.* DN. Struvius *ad jus feud. C. 2. th. 10. n. 5.* A bonis Locatis, quæ vocari ſolent Laßgüter / ruſticis, præſertim in Saxonia, conceſſa ad tempus certum, certaque mercede conſtituta, per ſimplicem locationem conductionem, ubi ſolus uſus pro mercede in iis competit, non vero utile dominium. Knichen *de veſtit. pact. p. 2. C. 4. n. 354. & ſeqq.* Frantzk. *1. Reſ. 5. n. 80.* Berlich. *Tom. 2. concl. 48.* A bonis hominum propriorum der Leibeigenen Laten / Laſſen / quorum varia variis in locis eſt conditio. Iacob. Speidel. *in Notab. Hiſt. Pol. verb.* Laſſen *it. verb.* Leibeigene Leute. Hahnius *de Jur. Forenſi Ex. 11. concl. 185. & ſeqq.*

F 8 *MEMo*

Ex qua cauſa debeatur publicus, & ex qua privatus Cenſus.

XLIIX. Cauſa autem, ex qua cenſus imponitur, debet eſſe juſta & legitima. Cauſam vero legitimam exiſtimo eſſe Neceſſitatem & Utilitatem publicam. Nam extra cauſam neceſſitatis & utilitatis publicæ ſubditi non tenentur domino ſuo contribuere, niſi ex conventione aut conſuetudine ſolitæ ſint ejuſmodi collectæ dari, quod adeo verum eſt, ut ſi extra neceſſitatis publicæque utilitatis cauſam Princeps ſubditis collectam imponat, hoc cenſeatur effrenata voluntate feciſſe. Iacob. Ajellus *de iure Adohæ. n. 47.* Et ſi quid ejus de facto exigat, hoc teneatur Princeps reſtituere ſubditis Ioh. Gœddæus *Conſil. Marpurg.* 16 *n. 384. Vol. 4.* Primordialem enim cauſam omnes exactiones præſupponunt neceſſitatem: unde & Bodino *lib. 6. de Rep. C. 2* juſtiſſimum eſt, quod neceſſarium, ac pium id, ſine quo civitas diu ſubſiſtere haut poteſt. Non tamen ita utilitas extendenda eſt ut vix ſuperſit ſuccus, quem ſubditi hauriant, ſed ſecundum Plutarchum ita olera abſcindenda ſunt, ut radix maneat, ita pennæ incidendæ, ut rurſum renaſcantur. *Boni* namque *Paſtoris eſt, tondere pecus, non deglubere*; quod ad Æmylium Rectum, Ægypti Præfectum, Tiberius Imperator dixiſſe fertur. Boterus *de R. S. lib.* 1. *C.* 13 *p. m. 62.* Hinc ne ſupremo quidem Principi, ut pro effrenata voluntate & benè placito ſubditos collectis gravare queat, concedunt. Etſi enim civium bona Principis dicantur propria, hoc tamen intelligendum eſt ſaltem ratione protectionis, non dominii & proprietatis. Seneca *lib. ult. de benef. C. 4.* Alber. Gentil. *de poteſt. Reg. abſolut. ad l.* 1. *de Conſtit. Princip. diſ.* 1. *n.* 2. Etenim abſolutam iſtam poteſtatem, quam nonnulli

huic ex *1. Samuel. 8.* in bona ac perſonas ſubditorum aſſerunt, civilis ratio temperare debet, quod omnes ii, qui non liberam ſed civilem Principi poteſtatem tribuunt, eò extendunt, ut neque belli indicendi, neque tributi imperandi poteſtatem eidem largiantur, niſi ex populi conſenſu & neceſſitate urgente publica imperentur. Sic Reges Perſarum nihil à ſubditis emulgere, nihil exculpere conſueverant, ſed ea tantum capere, quæ ſponte donarentur; quemadmodum & in Æthiopia nihil imperari, ſed omnia ſponte offerri annotat Bodinus *6. de Rep. Cap. 2. n. 647.* Similis ferè collatio eſt in Regno Angliæ, quæ vocatur Benevolentia. Polyd. Virgil. *lib. 24. & 26.* Et quod Reges Galliæ ſubditis quodvis onus imponant, ſive ſubditi id velint ſive nolint, de iis dicitur, quod ſint Reges beſtiarum. Cominæus *lib. 5 Hiſtor. C. ult. fol. 472.* Hinc adeò ad ſolvendum æs alienum Principis in benè conſtituta Republ. ſubditi non ſunt collectandi, niſi doceatur, hoc æs alienum publicæ neceſſitatis utilitatiſve cauſa contractum, vel in publicum reipubl. commodum converſum eſſe. Nicol. Boër. *Deciſ. 128. n. 1. 2. 3. 6. 8.* Vaſq. *lib. 1. Illuſtr. Qu. 7. n. 6.*

XLIX. Et ſanè ſi quis omnes variarum nationum hiſtorias excutiat, perſpicuè intelliget, pleraſque ſeditiones ex nimiis exactionibus ortas fuiſſe, prout ex Iacobo Simancha *Epiſcop. Pacenſi lib. 9. de Rep. C. 24. in fin.* annotat H. Latherus, & ex Martin. Martin. de Imperatore Zungchinio *in tractat. de bello Tartarić. p. 35. & ſeq.* conſtat. Quando autem dicitur, quod exactiones quandoque ſeditioni anſam præbeant, non eſt hæc ſententia, quaſi Princeps ſive Magiſtratus Politicus extrema egeſtate & rerum omnium inopia laborare debeat, ſed media via eſt eligenda, quæ commendatur *in l. 7. ff. ut legat. ſ. fideic.* atque intelligendum id ſaltem eſt de cenſu prorſus extra neceſſitatem ac utilitatem ullam

nllam imperato. Notum aliàs eſt, quod ne iſta quidem ve-
ctigalia cenſeantur injuſta, quæ ſaltem inſtituuntur ad Principis utilitatem; ubi tamen cautio ex præcedenti theſi adhibenda eſt. Cum enim nemo propriis ſumtibus militare teneatur, & ſecundum naturam ſit, onerum faſtidium alicujus commodi fruitione lenire *l. un. §. 4. Cod. de cad. toll.* & eum qui omnibus vigilat, præmii loco ab omnibus aliquid accipere. Et ſi Princeps teſte Gregor. *Syntagm. jur. univ. l. 3. C. 3. n.* 1. ſponſus eſt reip. & comparandus marito, qui fructus dotis lucratur ſecundum *l.* 20 *C. de jur. dot.* non erit contra juſtitiam cenſum reipubl. imperare.

L. Non tamen facilè & ſtatim ad extraordinarium cenſum deveniendum eſt, cum aliàs fortean locum inveniat illud: *Si vis duas Collectas, dabo tibi duas Miſſes*, ſed demum, ubi calculus ordinariorum Principis redituum non ſufficit. Hahnius *de jur. Forens. Exerc. ult. concl.* 148. Belold. *diſc. Pol. de AErar. publ. C. 4. verſ. 2. n.* 2. Et tunc blandis utplurimum vocabulis Subſidii videlicet, Subventionis, Auxilii, Adjutorii &c. collectas paſſim imponi videmus. C. Klock. *de Contrib. concl.* 7. Ubi tamen falſæ & ſimulatæ cauſæ omnino ſunt fugiendæ, quemadmodum ex Ariſt. 2. *Oeconom.* conſtat: Mauſolum, Cariæ Tyrannum, ſubornaſſe quoſdam, qui ſtatim polliciti ſunt, ſe collaturos eſſe, & ſummam indicarunt. Quo facto opulentiores pudore partim, partim metu, plura promiſerunt, cujuſmodi technæ ſi adhibeantur, duplici ſanè odio Collationes prægravari ſolent. Hinc etiam prius, quam Princeps extra ordinem cenſum imponat ſubditis, probè inculcant, Principem ante omnia proprium marſupium excutere, aliosque reditus expendere debere. Ioh. Gœddæus *Conſ. Marpurg.* 16. *n.* 34. *Vol.* 4. Rebuff. *in l.* 1. *C. de Exact. trib.* Thom. Maullius *de Homagio* C. 9. *n.* 35. & 39. Quod argumentum deſumi videtur ab

tur ab Epiſcopo, cui non licitum Charitativum ſubſidium exigere, antequam proprii deficiant reditus. Menoch. *Conſ. 71. n. 86. & ſeqq.*

LI. Quandoquidem itaque manifeſtum eſt, non facilè ad extraordinarium cenſum confugiendum eſſe, conſtat jam, quod aliquando extra ordinem queat, imo debeat deveniri ad iſtum imponendum, adeo ut ne iſtæ quidem perſonæ, quæ aliàs exemtæ ac privilegiis gaudent, immunes à realibus ac perſonalibus oneribus ſint. B DN. Hahnius *de Jur. Forenſ. Exerc. 13. concl. 46. & in Diſp. ad Cod. 6. ex l. 1. 2. 3. & inſert. Authent. uſque ad l. 14. de SS. Eccleſ. & de reb. & priv. earum. th. 22. 23. & 24.* Quod ſi ergo propter hoſtium incurſum pro defenſione provinciæ dominus opus habeat auxiliario & ſtipendiario milite, tum & cives & vaſalli ipſi in aciem prodire coguntur, in tantum, ut ne Eccleſia quidem ab hujuſmodi oneribus ſe excuſare valeat. Petr Heigius *part. 1 Illuſt. Qu. 18. n. 24.* Add. Vitus Polantus *Qu. & Reſp. ad l. 5. C de SS. Eccl.* ubi eleganter hac de re differit, Utilitas namque ad omnes pertinet, quæ etiam cauſa eſt, quare pro viarum, pontium, & murorum refectionibus, aggerum, vallorum, item foſſarum & munitionum civitatis, Germ. Burg-Wall und Grabengeld / ab Imperatoribus non ſint indulta privilegia Clericis *l. 7. C. de SS. Eccl. ibique* Vit. Polantus. Cujus rei ratio *in l. 7. C. de oper. publ. ibique* Bald. *n. 3.* clarè exprimitur. Nicol. Feſtaſius *part. 4. de AEſtim. & Collect. n. 15.* Quinimo ſi neceſſitas maximè urgens exiſtat, ſive magna, ut loquuntur Canoniſtæ, Clericis expreſſè injungitur *in Cap. 2. X. de immun. Eccleſ.* ut ad murorum & civitatis vigilias ſint adſtricti. Atque hæc omnia unicè in reip. utilitatem ſummam introducta ſunt, cujus favor tantus eſſe ſolet, ut res Eccleſiaſticas quandoque alienari & permutari non ſit prohibitum, *auth. Sed &*

G *pero*

permutare. C. de SS. Eccl. ibique Brunnem. N. Eberh. à Middelburg. *in Top. Legal. loc. à perſona ad loc. p. 481.* Id quod S. Scripturæ non contrariatur, ſed maximè congruū videmus, dum ipſa teſtatur, Ezechiam valvas templi Domini confregiſſe, & laminas auri Regi Aſſyriorum dediſſe *4. Reg. 18. v. 16.* Patet autem jam ex ante dictis, hoc non procedere niſi in ſumma duntaxat neceſſitate, quod etiam apparet ex tribus iſtis requiſitis, quæ neceſſaria ſunt ad alienationem rerum ſacrarum (1) enim cauſa pietatis adeſſe debet (2) cauſa neceſſitatis (3) cauſa inſignis utilitatis. Debentque ad ejus validitatem tria concurrere (1) cauſæ cognitio (2) autoritas ſuperioris (3) conſenſus Cleri ſive Capituli. Schneid. *ad §. 8. n. 8. Inſt. de R. D.* Bornitius *lib. 2 de Ærar. C.* [illegible] Receſſ. Imper. *de Anno 1544. §.* Aber der Kirchen Kleynodien und Gezierde.

LII. An vero cauſa legitima ita extendenda ſit, ut etiam cenſus licitè imponi poſſit de extraordinariis illis caſibus Militiæ nimirum, Redemtionis Domini ab hoſtibus capti, Transfretationis ultra mare, Acquiſitionis novi Territorii, dubio fortean haut caret. Cumprimis vero, quando primus caſus commune patriæ commodum reſpicere non videtur, alter vero contingere poteſt culpa domini. De quibus evolvatur Speculator *lib. 4. de Feud. §.* [illegible] *n. 67.* C. Klock. *de Contrib. concl. 49.* Æque ſpinoſa ſolet moveri quæſtio, utrum Princeps pro elocanda filia ſubditos collectare queat? Et ſtatim intrepidè decidere hanc quæſtionem, vetat contrarietas multorum. Dd. Quamvis autem C. Klock, *d. tr.* aliique hoc negent, nihilominus tamen affirmativam amplectitur Mynſinger. *Cent.* [illegible] quem ſequitur H. Latherus *lib. 1. de Cenſ. C. 4. n.* [illegible] Add. Beſold. *diſc. Pol. de Ærar. publ. C. 5. n. 3.* Præſertim quoniam in Germania ex communi uſu Principum ita ob-

ſerver,

tinet, & in praxi etiam obſervatur. Hac quoque occaſione cum ſecundum Feudiſtas Dominus ad inopiam lapſus, vaſallo alendus ſit, quæri ſolet, an Princeps ad egeſtatem vergens à ſubditis debeat ali? ſed, quoniam bona ſubditorum ſub directione Principis ſunt, ideo quæſtio iſta videtur eſſe inutilis. Conf. tamen H. Latherus *lib. 1. C. 4. n. 22, & ſeq.* Thom. Mauilius *de Homag. C. 7.*

LIII. Ad extraordinariam iſtam cauſam etiam extendendus iſte cenſus, qui imponitur ob Turcicam expeditionem & contributionem, à qua collecta nemo quantumvis privilegiatus eximitur, propter claros *textus in Receſſ. Imp. de Anno 1542.* § Und nemlich ſollen alle und jede *&c.* §. Es ſollen auch alle Chur-Fürſten / Fürſten / Geiſtliche und Weltlich. *Anno 1544.* § und nemlich ſollen alle etc. *Anno 1576.* §. Und nachdem dieſe. *Anno 1582.* §. Und nachdem dieſe §. *ſeq.* und demnach. *Anno 1591.* § demnach ſollen. *Anno 1595.* § dieweil dan. *& Anno 1603.* §. Nachdem. Ubi benè notandum, quod ſtatutum generale, imponens aliquod onus poſt immunitatem alicui conceſſam, non faciat illum immunem, niſi expreſſe reperiatur ſcripta Clauſula, *non obſtante*, & niſi fiat expreſſa de immunitate mentio. Aliàs enim derogatur omnibus Conventionibus & conditionibus in contrarium facientibus, C. Klock. *de contrib. concl. 43.* Hahnius *de Jur. Forens. Ex. ult. concl 146.*

LIV. Cum vero Capitatio *in l. un. C. de capitat. civ. cenſ. exim.* ab Imperatore Conſtantino ſublata ſit, quod etiam Veſpaſianus Imperator fecit, dum colonis Cæſarienſibus iſtam remiſit *l. fin* § *7. ff. de cenſib.* non eſt difficile dictu, quid de tali cenſu ſentiendum, ubi pecunia viritim in ſingula perſonarum capita, pro capite videlicet maſculi aureus, pro fœminæ capite dimidius ſingulis annis colligitur, ſecundum Gloſſ. *ad Rubr. C. de annon. & trib.* num etiam ad

G 2 iſtam

iſtam capitationem Principi deveniendum ſit. Conf. Hahnius *de jure Forens. Ex. ult. concl.* 142. Ejuſmodi enim Capitationem Cicero *3. Epiſt. 8. ad Appium Pulchrum*, tanquam acerbiſſimam exactionem damnat, neque forſan immeritò, cum ſervitus videatur duriſſima, ut dives & pauperrimus ſecundum proportionem Arithmeticam conferant. Atque ea hodie Turcis eſt familiaris, ubi Chriſtiani Turcico Tyranno pro ſingulis capitibus coguntur numerare aureum Ungaricum. H. Latherus *lib. 1. d. tr. C. 6. n. 2.* C Klock. *de Contrib. concl. 52.* Boterus *de R. S. lib. 7. Cap. 4. p. m. 38*. Quod ſi iſtum minus ſolvere queant, illico teneatur liberos ſuos jugo Turcico perpetuo tradere, prout hoc confirmat Henr. Muller in der Türkiſchen Hiſtoria *fol. 112 fa. 2.* Cap. Was die Chriſten für Tribut geben müſſen.

LV. Summa itaque ope nitendum, tam in cauſa ordinaria quam extraordinaria, ut modus in impoſitione cenſus debitus ad unguem ſervetur. Hic vero ne tranſiliam, utile fore arbitror, ſi collecta diſtribuatur ſecundum æs & libram i. e. ſecundum vires cujuſque patrimonii, ex fructibus tamen cujuſque rei, quam quis legitimè profeſſus eſt, æſtimandis, non vero ſimpliciter & indiſtinctè ſecundum fumantes ſive focos aut domos, nach den Feuerſtätten und Wohnungen *l. 4. ff. de Cenſ.* Hahn. *de jur. Forens. Ex. ult. concl.* 142. *tt. ad VVeſenb. tit. de Cenſ.* ubi aliquot Reſponſa hac de re ſubjicit. *Receſſ. Imp. de Anno* 1524. §. Wiewol. *Anno* 1526. §. *item* auff dem Reichstag. *Anno* 1544. §. Damit aber. §. doch ſollen etc. *Anno* 1544. §. damit aber die Beſchwerſam. *Anno* 1544. §. und nemlich. Add. Colleg. Argentorat. *ad tit. de Cenſ. th.* 26. Fructibus autem aut patrimonio aucto census quoque augetur *l. 2. C. de alluv. l. 8. pr. eod.* & vice verſa, ſi prædia decreſcant, tributa quoque minuenda ſunt. Colleg. Argentor. *add. t. th. 30.* Et ceſſante cauſa contributionis

dinariæ collectæ quoque ceſſare debent. Nam rectè Imperator *in l. un. Cod. de cad. toll.* quod belli calamitas introduxerat, pacis lenitatem ſopire conſtituit. Sed parum hoc obſervatur, neque etiam facilè collectæ extraordinariæ abrogantur, qua de re eleganter DN. Engelbrecht. *in Prælect. ſua ad Jus Feudale de* Regalib. diſſerentem audivi. Et exſtat hac de re vaſrum ac callidum ſatis conſilium apud Trajanum Boccalinum *in Relation. ex Parnaſſ. Cent. 2. Rel. 83. per tot.*

LVI. Obiter hîc quoque obſervandum venit, ſeriùs recepta in Imperio noſtro tributa pecuniaria, Turcica ſcilicet vi ingruente, Severin. de Monzamban. *de Stat. Imp. Germ. Cap. 5. §. 7.* Atque ſciendum, quod hodienùm in collectis Imperii, ut ut modus contributionibus ſecundum denarium communem, Nach dem gemeinen Pf *in Comit. Anno 1603.* à Cæſ. Rudolph. II. habitis, pleriſque Imperii Statibus placuerit, nihilominus tamen, per votorum pluralitatem, obſervetur proportio inter Status, quæ olim in Expeditione Romana, nach dem Römerzuge / uſitata fuit, ſo die Käyſerliche Mäy. zu holung ihrer Cron in Italia bewilligt/ und ein Hülff iſt von 4000 zu Roß/ 20000 zu Fuß / *Receſſ. Imper. de anno* 1521. §. und als wir.

LVII. Quoad cauſam, ex qua privatus cenſus debetur, notandum eſt, quod ille vel ex actu inter vivos, vel ex ultimæ voluntatis actu imponatur. Qui ex actu inter vivos, ille vel mediante emtione venditione, permutatione, donatione aliisque modis imponitur, atque variè iterum impoſitum fieri poteſt. Vel enim ita inſtituitur, ut quis prædium pleno jure in alterum ea conditione transferat, ut ſibi certa penſio in fructibus vel pecunia ſub nomine cenſus præſtetur *l. u. l. C. de Rer. Perm.* Vel imponitur cenſus rei, quæ jam eſt cenſuarii. Perinde autẽ eſt, ſive ſit res feudalis ſive allodialis,

ex utraque enim cenſus poteſt exigi. Et tunc poteſt conſtitui, ut vel in fructibus certa & determinata menſura ſolvatur, puta, tot modii frumenti, tanta vini menſura, vel etiam ut incerta & indeterminata præſtetur menſura, quota ſaltem fructuum, puta, quinta vel ſexta pars, qualis cenſus fuit, quem Ioſephus Patriarcha in Ægypto inſtituit, ut ſcilicet Ægyptii quotannis Pharaoni quintam fructuũ partem præſtarent. Lud. Molina *de I. & I. Diſp.* 381. *col.* 1. §. *deinde ex parte* Poteſtque in concedendo reditu hoc addi, ut ſcilicet vel ad certum tempus duret, quindecim fortean vel plures annos, vel ad vitam emtoris, venditoris, vel etiam alicujus tertii, unius vel duorum. Poteſt quoque nullum adjici tempus, & quidem ita, ut vel reditus ſit irredimibilis, vel vero redimibilis, ratione videlicet venditoris, id quod jure naturali licitum eſt, prout demonſtrat Ioh. de D. caſtill. *l.* 2. *de I. & I. tr. XI. Diſp.* 1. *dub.* 2. *n.* 43. Redimibiles tamen hodie ferè ſunt omnes in Germania, uti pateſcit ex Conſtitut. Car. V. Imper. *de Anno* 1548. *ſub tit.* von wucherlichen Contracten etc. Porro poteſt conſtitui ita, ut perſona ſtrictè obligetur, nullo habito reſpectu ad certam rem, vel ita, ut ſibi quis caveat ſimul cum rei unius vel plurium hypotheca, vel tantùm ſuper re certa una vel pluribus, nulla accedente obligatione perſonali, ſed jus tantum reale attendatur. Vel ex actu ultimæ voluntatis, uti ex legato, donatione mortis cauſa &c. Qua de re Georg. Frantzk. I. *Reſ.* 1. & 2. fusè & eleganter agit. Add. Dicaſtillo *d. tr.* & *l.* Dom. Soto. *lib.* 6. *de I. & I. Qu.* 5. *art.* 1. 2. 3.

LIIX. Sed hoc loco prætereundum non eſt, quod cenſus præſtandus ſuper re immobili, ſolvendus ſit juxta conſuetudinem vel pactum, ut, ſi conſuetudo ſit aut pactum ſolvendi pro rata ſingulis menſibus, tunc ſolvatur pro rata tranſacto quolibet menſe. Seclusa autem conſue-

tudine

[illegible] vel pacto, ſolvenda eſt penſio in fine anni. [illegible] de [illegible] *lib. 2. de I. & I. tr. XI. dub. 3. n. 140.* Eſtque cenſus præſtandus in loco, in quo fuit conventum. Vid. Virgilius *de Cenſib. n. 92.*

MEMBRUM IIX.

Quænam competant Remedia circa publicum & privatum Cenſum.

LIX. Poſtquam itaque cenſus impetatus eſt, & diſtributus debito modo ſubditi ad iſtum ſolvendum ſine tergiverſatione etiam in conſcientia obligantur, & ſi facere hoc recuſent, ad ſolutionem civilibus remediis compelli queant *l. 7. C. de exact. trib. l. 5. C. de feriis. Nov. 17. Cap. 8.* Quoniam autem exactio, quæ præ ſe fert quandam violentiam, teſte Clapmario *de Arcan. Imp. C. 21.* multis nominibus nocere ſolet, idcirco cautio ſit, ne exactores nimis acerbi conſtituantur, ſed potius, qui cum efficacia benigni & cum inſtantia humani, ut de Creditore loquitur Ulpianus *in l. 26. ff. de [illegible] ibique* Peretz *n. 17.* Etenim quid immanis iſta [illegible] exactio importet, conteſtatur experientia, & probant exempla, quæ à C. Klock. *de Contrib. concl. 63.* afferuntur, de motibus nimirum Belgicis, de Suſato celebri Weſtphaliæ urbe, quæ propter acerbos exactores, ſive potius, ut loquar cum Botero *lib. 1. de R. S. C. 43. p. 64.* eviſceratores, ab Archiepiſcopo Colonienſi ad Ducem Clivenſem deſciviſſe fertur. Et refert Albert. Crantzius, acerbitatem tributorum Vandalos à Religione Chriſtiana amplectenda deterruiſſe, & propterea etiam ægrè Chriſtianiſmum in Vandaliam introductum fuiſſe *lib. 4. Vandal. Cap. 31. fol. m. 99. & lib. Metropol. Cap. 39. f. m. 83.* Sic quoque eam ob cauſam dimidium Regni à Iud. Rege defeciſſe ſcimus *1. Reg.*

3. C.

3. C. 15. Et Angli amiſerunt hac de cauſa Aquitaniam. Sed tandem ejuſmodi exactores dignæ manent pœnæ, quemadmodum, ſi fides Iohanni Cluver. *in Hiſtor. totius mundi* habenda, horrendum ſanè, quod inhumano cuidam eviſceratori, Alberto nempe Pericofcio in finibus Muſcoviæ *Anno* 1632. degenti obtigerit, recenſetur exemplum. Add. hiſtoria Odoardi Regis Angliæ apud Boterum *lib. 1. de R. S. C. 13. p. 62.* Quapropter optimè ſtatuitur, ſi exactores cenſus, quales apud Romanos erant Ducenarii & Centenarii ſive Sexagenarii, non debeant exigere debitores, antequam Notarius ipſis dederit breves i. e. indices eorum, qui aliquid debent ratione cenſus, & deinde exactio demum fiat. Brunnemann. *ad l. 1. C. de exact. trib.* Hahn. *de jur. Forens. Exerc. ult. concl.* 144. Facit huc ſapientiſſimum monitum Angliæ Regis Iacobi I. quod legitur apud Lather. *lib. 1. de Cenſ. C. 15. n. 4.*

LX. Hoc facto, ſi ab æſtimo ſive Cataſtro, Steur Regiſter/ Saalbuch/ non ſit receſſum, cum aliàs illicitè exactionem facienti reſiſtere liceat *l. 5. C. de execut. & exact.* & ſi quis plus debito exegerit, læſis duplum reſtituatur *l. un. Cod. de ſuperexact.* & nihilominus debitores moroſi, refractarii ac renitentes exiſtant, per digna ad ſolutionem remedia cogi debent. Remedia autem iſta ſunt via pignorationis, mulctæ, & ſequeſtrationis fructuum, quæ videtur eſſe ordinaria via, quoniam cenſus, uti ex ſuperioribus jam apparet, eſt correſpectivus fructuum *l. 13. verb. functionum. C. de act. emt. l. 1. C. de annon. & trib. l. fin. ubi Salicet. C. ſi cenſ.* Arius Pinelus *ad l. 1. C. de bon. mat. p. 2. n. 72. Ampl. 4. p. 219.* Et ſic à non ſolvente res in æſtimum redacta à fiſco poteſt vendi. Roland. 4. *Conſ. 79. n. 3. & 4.* Hahnius *de jur. Forens. Exerc. ult. concl.* 150. ob tacitum pignus, quod ipſi ratione bonorum competit. Quemadmodum enim fiſcus

taci-

tacitum habet pignus, non tantûm quoad debita ex cōtra-ctu in omnibus debitoris bonis præſentibus & futuris *l. 46. § 3. ff. de iur. fiſc. l. 28. ff. eod.* ſed & in debito primipilari, contracto ob cauſam annonæ exercitui ſubminiſtratæ *l. 2. C. h.* ita & ratione cenſus tacitum habet pignus *l. 1. C. in quib. cau. pign.* Hahnius *in diſſert. ſelect. 7. th. 11.* etiam cum pri-vilegio prælationis *arg. l. 4. C. in quib. cau. pign. ibique* Brun-nemann. *l. 7. ff. de publ. & vectig.* Peregrinus *de jur. fiſc. lib. 6. tit. 6. n. 49. & ſeqq.* Hahnius *tr. de jur. Rer. C. 4. concl. 496 n. 16.* Goedd. *Diſp. jur. 19. th. 5.*

LXI. Atque hoc rectè ita procedit, licet Anton. Ne-guſantius *de pign. & hypoth.* fiſco tantùm hypothecæ jus abſque prælatione tribuat. Aliter vero Caſp. Klock. *tr. de contrib. Cap 18. n. 36.* diſtinguit inter tributum & collectam, quod nimirum in tributis incipiat hypotheca ab initio, quo tributa fuerunt impoſita, nec multiplicentur ſingulis annis, cum illa ſint uniformia, in collectis autem extraordinariis multiplicetur obligatio ex qualibet indictione, & antequā ſit indictum onus, bona non ſint tacitè obligata. Caſtrenſis *in l. Imperator. 7. ff. de public.* Sed optimè B. DN. Hahnius. *ad VVeſenb. tit. de privil. credit. p. 363.* oſtendit, fiſcum ha-bere jus prælationis ratione tributi, collectarum & aliorum onerum publicorum, Schoß/Vorſchoß/Schatzung/Steur/ quo & ſpectant die contribution Gelder *arg. l. 1. C. ſi propt. penſ. publ.* item Wächtergeld/Corteſey/diſcretion gelder/ das Proviantkorn oder Proviantgelder. Adeo ut parum in-terſit, ſive tributa aut collectæ ordinariæ ſive extraordina-riæ ſint *l. 1. l. 2. C. ſi propt. penſ. publ. l. 1. C. in quib. cau pign. vel hypoth. ibique* Brunnem. Carpzov. *part. 1. Conſt. 28. Defin. 48. & lib. 4. Reſp. 77.* Prorſus autem ſingulare illud eſt quod in Marchia Brandeburgenſi collectæ bellicæ, die contribu-tion Gelder/ extra concurſum exigantur, quemadmodum

H ex

ex Conſt. Elect. Brand. apparet, quam allegat Hahn. d. l. Sonſten erklähren ſich auch J. C. D. auff der Stände unterthänigſtes erinnern dahin / das die retardaten von den contributionen in keine concurſus creditorum mitgezogen / ſondern für allen andern Schulden / ſie ſeind auch wie ſie wollen / von des debitoris vermügen bezahlet werden ſollen

LXII. Et cum Duces, Comites &c. atque Civitates Imperial. Regalia habeant, uti ſupra expoſui, nullum eſt dubium, quod jus quoque fiſci ipſis competat. Quod ſi hoc verum, etiam ratione cenſus tacitum habent pignus cum jure prælationis, argumento eorum, quæ in præcedentibus theſibus dicta ſunt: Quod tamen ad Civitates merè provinciales, jure fiſci deſtitutas, extendendum haut eſt, niſi forteaſſi vel præſcriptione acquiſiverint, vel ſpecialiter iis ſit conceſſum, vel etiam mero gaudeant imperio. B. DN. Hahnius *ad VVeſenb. tit. in quib. cau. pign. n. 5.*

LXIII. Non raró quoque ſolvere cenſum recuſantes manu militari durch militariſche execution conſtringuntur, ita ut tamdiu executoribus alimentum ſuppeditare teneantur donec plenè ſolutum ſit debitum, quem tamen modum minus tutum exiſtimat C. Klock. *de contribut. cap. 1. n. 6.* Et ſolet hic mos ſubditos nimium quantum onerare, ut ſæpius exacto anno ſumtus in milites executores facti ipſam collectam æquent. Solent quoque carcere coërceri, & quidem non clauſo, ſed aperto & libero *juxta l. 2. C. de exactor. trib.* Colleg. Iur. Argentor. *ad tit. de Cenſib. th. 30. & 31.* M. Ant. Peregrin. *de iur. fiſc. lib. 6. tit. 7. n. 3.* Carpzov. *lib. 1. R. 78. n. 5.* Neque ſaltem perſonæ ſeculares, ſed & Eccleſiaſticæ per ſuos Epiſcopos cogi poſſunt, in ordinariis & extraordiniis oneribus, adeo ut & hîc brachium ſeculare quandoque neceſſarium ſit. C. Klock *d. l.* Ioh. de Becadillo *lib. 2. de I. & I. tr. 20. Diſp. 4. dub. 5. n. 101.*

LXIV.

LXIV. Hodiè etiam adverſus eos, qui collectas ſolvere detrectant, Camera mandata ad pœnam dupli decernere ſolet, quæ pœna pro modo contumaciæ *in Receſſ. Imp. de Anno* 1594 §. 15. da aber einiger / ad privationem Regalium & Bannum extenſa eſt, teſte Limnæo *lib.* 4. *Cap* 7. Benè an malè non diputo. Adi DN. Meier. *de Nat. Reip. Germ.* p. 3. C. 30. §. 10. *Jung. d. R.* §. 17. darneben ſollen. Petr. Denaiſius *de jur. Cameral. n. 99. tit. contribut. Turcica.* Et hoc non tantùm locum invenit quoad perſonas Laicas, qua de re *in Receſſ. Imp. de Ann.* 1566. §. darwider auch an unſerm Cammergericht kein Proceß etc. *& de Ann.* 1582. §. und nachdem dieſe *& ſeqq. &* §. dieweil dan in dieſer allgemeinen / ſed & quoad perſonas Eccleſiaſticas *Rec. Imp. de Ann.* 1598. § dagegen aber / qui rectiſſimè intelligendus quoque de Clericis, quia verbum vorgeſetzter idem eſt, ac ſi diceretur, ſo wol Geiſtliche als Weltliche. Eſtque hæc pœna dupli primùm introducta *Anno* 1500. §. derwegen haben.

LXV. Minime vero hoc loco prætereundum eſt, collectas non ſemper per Executionis, ſed quandoque etjam Actionis modum peti. Actiones autem iſtæ ſunt vel perſonales, ut certi condictio ex conventione publica *l. 5. ff. de pact.* & condictio ex lege. Hahnius *de jur. forenſ. Exercit. ult. concl.* 151. vel reales, quæ in poſſeſſoria & petitoria judicia dividuntur. Petitoria judicia ſunt rei vindicatio, actio hypothecaria, utilis confeſſoria & negatoria. Poſſeſſoria rurſum duplicia ſunt, momentanea ſive extraordinaria ſeu ſummaria, Luſitanis auxilium chartæ tuitivæ Regalis, Gallis recredentia, Hiſpanis interim, Italis nova proviſio, Belgis proviſionale remedium, Germanis proviſionale decretum, item proceſſus informativus &c. vel ordinaria ſive plenaria; ut interdictum utile, uti poſſidetis & Unde vi. Conf. C. Klock. *de Contrib. concl.* 76. *uſque ad fin.* Colleg.

H 2 Iur.

Iur. Argentor. *addit. de Cenſib. in fin.* DN. Ludolph Hugo *in Diſp. Inaugur. de Stat. Region. Germ. Cap.6. th.31. & ſeqq.*

LXVI. Atque illa remedia poſſeſſoria ſcilicet & petitoria æque etiam competunt circa privatum cenſum. Cum enim cenſus ſit jus in re conſtitutum, & inſtar ſervitutis ei adhæreat, unde etiam cum re translata in quemcunque poſſeſſorem tranſit, non poteſt non propter illud competere actio realis, quæ rem ipſam afficit *l. 25. ff. de obl. & act. l. 12. C. de diſtr. pign.* Ioh. de Dicaſtill. *lib. 2. de I. & I. tr. XI. diſp. 1. dub. 2. n. 60.* Et ſic poſſeſſor non ſaltem ad ſolutionem præteritarum penſionum, ſed & ad recognitionem cenſus actione reali conveniri poteſt. Frantzk. *1. Reſ. 3. n. 11.* In quo hic cenſus ſimilis eſt tributis, quæ & ipſa una cum fundo, ex quo ſolvenda, rectà in poſſeſſorem tranſeunt, & ab illo fiſco ſolvenda veniunt *l. 2. C. de Alluv. l. 2. & l. fin. C. ſin. cenſ. fund. non p. comp. l. 7. ff. de public.*

LXVII. Cum autem non rarò eveniat, ut cenſus ſuper duobus vel pluribus prædiis conſtituatur, unumque ex illis in alios transferatur, vel ſuper uno quidem fundatus ſit, quod tamen diviſione facta poſtea in plures diſtribuatur, hinc quæritur, utrum & cenſus iſte à ſingulis poſſeſſoribus in ſolidum, vel ſaltem pro rata portionis exigi queat? Et licet priorem ſententiam tanquam veriorem multi DD. amplectantur, prout videre licet apud Frantzk. *1. Reſ. 4. n. 8.* potius tamen pro rata poſſeſſores teneri aſſero, præſertim quoniam hoc noſtris moribus conveniens videtur, ubi res cenſuarias inter plures heredes dividi, vel aliàs in plures alienari, recognitioneſque pro parte fieri conſtat. Und ſie den beſitzern zugeſchrieben werden. Non immemor, quod plures rationes in contrarium afferantur. Sic enim ſolent allegari textus *l. 7. ff. comm. div. l. 11. ff. fam. erciſc. l. 5. ff. de Cenſib. l. 2. §. 2. ff. de V. O. &c.* ad quos tamen pulchre ac doctè

Frantzk.

Frantzk. *d. R.* reſpondet, Add. Dicaſtill. *lib. 2. & tr. de I. & I. ...* 152.

LXIIX. Satis verò *ex theſi præcedenti 66.* perſpicuum eſt, quod cenſitor propter non ſolutas penſiones ratione rei duntaxat cenſiticæ adverſus cenſuarium actionem inſtituere debeat, non vero in cæteras illius res executionem vel immiſſionem petere valeat, tum quod cenſus conſtitutio ad rem ſit reſtricta, tum quod re cenſuaria pro parte peremta vel infrugifera reddita, pro rata etiam cenſus pereat. Quod & in tributis & collectis ita ſeſe habet *l. 7. ...* *perſonas. ff. de public. l. 2. C. de præd. & omn. ...* ibique Brunnemanno, *n. 8. & 9. l. ult. C. de deb. civil.* Klock. *de contrib. C. 18 n. 57.* Non tamen præciſè dominus cenſus adverſus poſſeſſorem agere poteſt, ut recognoſcat cenſum, ſed ut vel recognoſcat cenſum, vel rem cenſus onere affectam dimittat, quapropter etiam ſemper alternativè libellus concipiendus eſt. Conf. Iacob. Blumen *Proceſſ. Cam. tit. 68. n. 41* Frantzk. *1. Reſ. 7. n. 6. & ſeq.* Cautio autem ſemper adhibenda eſt cenſitori ſive creditori, ne mora per cenſuatium in ſolvendis penſionibus aliquot annorum facta rem tam quam caducam petat, præſertim cum res cenſitica ſit in pleno dominio cenſuarii, quæ etiam cauſa eſt, quare ob biennii ceſſationem in ſolvendo cenſu non poſſit ita in commiſſum cadere ſicuti ſit in Emphyteuſi. Gloſſ. *in Cap. 6. X de Relig. domib.* Carpzov. *1. R. 87.* Hahnius *de iur. Forens. Ex. 9. concl 17.* etiamſi per centum vel mille annos in ſolutione negligens fuiſſet. Iaſon. *in l. 1. C. de iur. Emphyt. n. 41.* Menoch. *lib. 4 præſumt. C. 106. n. 15.* Frantzk. *tr. de Laudem. Cap. X n. 15.* Speidel. *in Notabil. verb.* Zinßtäte, modo tamen litis expenſas refundat, prævia interim moderatione judicis DN. Struvius *Exerc. ... ff. 11. th. 77* Colerus *Dec. 24 par. 1. n. 4. & 5.* Secus eſt de jure Saxonico, ubi cenſus

arius, debito die non ſolvens, ob moram tenetur duplum præſtare, quemadmodum oſtendunt verba German. allegata à Speidelio *d. l.* Aber nach Sächſiſchem Rechten iſt des Zinßmans ſtraff etc. Ut vero cenſuarius ſolvat penſionem ſuis expenſis in domibus cenſitoris, per nullum certe juris remedium cogi poteſt Quodcunque enim non includitur in natura contractus, ad id cenſuarius non obligatur. Sed hoc non includitur Ergo. Vid. Ioh. de Dicaſtill. *lib.* 2. *de I. & I. tr. XI. Diſp.* 1. *dub.* 3. *n.* 144.

LXIX. Quamvis itaque propter ceſſationem rem non amittat cenſuarius, ſi tamen moras nectat, rectè per cenſitorem pro rata debiti adverſus illum confeſſoria utili vel quaſi Serviana ſive hypothecaria actione conveniri poteſt, in eum finem, ut in fundi poſſeſſionem cenſuarii immittatur, & ex eo ſatisfactionem nanciſcatur. Ubi tamen non rectà illicò ad fundi adjudicationem procedendum eſt, ſed ſubhaſtatione facta, nulloque emtore invento, taxatio juſta debet accedere. Frantzk. *d. R. n.* 43. *& ſeqq.* Sed ſi poſſeſſor abſens ſit, cenſitori non eſt prohibitum, deſertum fundum ſibi vindicare, ita ut, si hoc faciat publica Magiſtratus authoritate, ſtatim poſt ſex menſes dominium conſequatur *l.* 11. *C. de omn. agr. deſ.* ſecus vero, quando propria authoritate occupat, tunc enim demum poſt biennium elapſum dominii fit particeps *per l.* 8. *C. de omn. agr. deſ.* Nemine vero exiſtente, qui occupat, fundi deſerti ſub immunitate triennii Curialibus addicuntur, vel etiam per partes quandoque vicinis vel aliis poſſeſſoribus ejuſdem territorii aſſignantur *l.* 1. *C. de omn. agr. deſ. ibique* Brunnemann. Add. G. Frantzk. 1. *Reſ. d.* 7. *n.* 57.

MEM.

Exhibens Contraria Cenſus.

LXX. Tollitur Cenſus per ea, quæ cenſui ſunt contraria. Contraria autem hîc potiſſimum ſunt Remiſſio & Præſcriptio. Remiſſio fit dupliciter, vel ex privilegio vel exemtione propriè dicta, & defectu. Ita ex defectu excuſantur cenſum præſtare pauperes, quod tamen intelligendum de iis, qui proprios non habent Lares, perinde autem eſt, ſive novercante fortuna, ſive ſua culpâ ad inopiam redacti ſint *l. 6. ff. de dolo.* Dan wo nichts iſt/ verlieret der Kayſer ſein Recht. Vide ſis Colleg. Iur. Argentor. *ad tit. ff. de Cenſib. th. 29.* Et non entis nullæ ſunt qualitates. Ceſſante vero paupertate, ceſſare quoque debet iſtius effectus, ac rurſus conferre tenentur; unde etiam remiſſio iſta temporalis audit *in l. 4. §. 1. ff. de munerib.*

LXXI. Laborantibus adverſa valetudine, ut iis vix alimenta ſufficiant, ex eadem ratione remittitur cenſus, quod etiam extendendum eſt ad illos, qui artificium quidem aliquod didicerunt, unde vitam ſuſtentant, ſed præter quotidianum victum nihil in bonis habent, conſtat enim ratione bonorum imperari cenſum. Quod porro ampliatur, ita ut & parentes 12. liberos habentes excuſentur, qui propterea honoratiſſima munerum quiete donantur, uti dicitur *in l. 24. C. de Decurion.* Surdus *Conſil. 49. n. 16.* Eximitur etiam à cenſu, qui cum rebus ſuis à Iuriſdictione Laici eſt exemtus. Sic Clericis *in l. 17. C. de Epiſcop. & Cleric.* ſecuritas indulgetur. An vero Pontifex inconſultis Principibus & abſque Imperatoris conſenſu ſolus Clericos eximere à cenſu valeat, uti Ioh. de Dicaſtill. *lib. 2. de I. & I. tr. 20. Diſp. 4. dub. 6.* firmiter ſtatuit, dubito, præſertim quoniam *in d. l. 17.* Imperator clarè dicit, *placet noſtra clementia.*

sic. Non tamen remiſſio iſta locum habet quoad bona patrimonialia, in monaſterium non illata; & quando Clericus rem quandam acquirit, cui, antequam ad perſonas Eccleſiaſticas deveniret, onus reale inhærebat, ut inde penſio vel tributum ſolveretur. Tranſit enim res cum ſuo onere ad quemcunque etiam perveniat *Cap. 28. Cap. 33. X. de Decimis*. *L. 19. ff. qui pot. in pign.* Caſp. Klock. *de Contrib. concl.* 32. Quapropter etiam, ne res immobiles in Eccleſiaſticas perſonas alienentur, ob metum amortiſationis, expreſſe cantum, quemadmodum quoque Statuto Iuliacenſi prohibentur ſubditi ſua bona immobilia den Geiſtlichen zuverſchreiben. Petr. Peck. *de Amortiſat. bonor. Cap.* 4. Speidel. *in Notabil. verb. amortiſat.*

LXXII. Porro etiam excuſantur Nobiles ex generali multarum Nationum conſuetudine, præſertim ratione feudorum, pro quibus ſervitia præſtant, uti ſupra dictum. Conf. Text. im Sächſiſch. LandRecht. *art*, 27. *&* Schwaben-LandRecht. *C.* 124. Et alii dignitate pollentes, ut & civitates, ſi quibuſdam in locis talis conſuetudo fuerit, ut nihil ad ſolutionem collectarum tribuant. Qui vero à Principe nobilitatem impetravit, ſi poſtea mercaturam exerceat, quoad immunitatem à collectis nobilitatis privilegium amittit: unde ejuſmodi cogendus tanquam plebejus & vilis contribuere ſolvendis collectis, niſi mos vel conſuetudo regionis aliud inducat juxta Alciatum *in l.* 207. *ff. de V. S.* Quemadmodum apud Polonos, Venetos & Genuenſes fieri in comperto eſt, qui citra nobilitatis imminutionem mercaturas exercent. Mynſing. *Cent.* 6. *O.* 54. Add. Ioan. Paul. Felwinger *in Exerc. Pol. rationis diſceſſend.* 5. *de mercat. &* . §. 9. *&* 10. Quos tamen Matthias Corvinus, Rex Hungariæ, ruſticos propterea appellare ſolitus fuit. Lanſius *in Conſult. Orat. contr. Ital. p.* 781.

LXXIII.

LXXIII. Hodiè tamen circa nobiles moribus Germaniæ obtinuit, ut non modo nobiles Statibus Imperii ſubjecti, ſed & immediati, von der Freyen Ritterſchafft im Fränckiſchen/ Schwäbiſchen und Rheinländiſchen Kreyß/ in partem onerum hujuſmodi vocentur: non tamen ut cæteri Status, denen ihr gewiſſer Anſchlag aufferlegt/ ſed compelluntur ſolummodo pro benevolo ac ſubſidiario, umb ein mitleidentliche Hülff ohn einigen gewiſſen anſchlag. *Receſſ. Imp. de Anno 1500.* §. Wir oder der/ ſo an unſer ſtatt ꝛc. Colleg. Argentorat. *ad tit. de Cenſib. th. 29.*

LXXIV. Similiter remittitur cenſus Doctoribus & liberalium artium Profeſſoribus *l. 6. C. de Prof. & Med. ibique* Brunnem. *n. 8.* Add. Enenkel. Baro *de privil. l. 2. C. 4. n. 94.* etiamſi actu non ſint legentes, ſed emeriti. Mynſing. *Reſp. 7. n. 37.* Guttirez. *1. pract. Quæſt. 22. per tot.* Hi enim potiſſimum animi bona ad ſalutem reip. conferunt, duplici igitur opere non ſunt prægravandi, ut ſimul bona corporis & fortunæ conferre cogantur. Sic & Advocati inſtruendo Clientulos ſatis docere intelliguntur *arg. l. 2. §. jur. civ. ff. de O. I. & §. fin. in proœm. Inſt.* & tanto majori honore digni ſunt, quod hi rem ad praxin deducant, & in ipſo opere & veris ac fictis quæſtionibus verſentur, ut tamen togati Vultures, juridici illi canes & rabulæ excludantur. Non vero ſimpliciter enumeratæ perſonæ ab omni omnino cenſu eximuntur. Nam ſupra dictum eſt, à cenſu reali Dd. non liberari. Brunnemannus *ad d. l.* Quando autem Princeps eximit Doctorem aut alium, cujus opera indiget, à ſolutione tributorum, tunc id non debere redundare in diminutionem ſummæ tributorum, ſed reliquos id reſarcire teneri exiſtimat Ioh. de Dicaſtill. *lib. 2. de I. & I. tr. 20. Diſp. 3. dub. 7. n. 115. & ſeq.*

LXXV. Dominus quoque feudi à vaſallis ſuis ratione feudorum, davon ſie ihre Manndienſt leiſten / collectas

aut

aut extraordinariam collationem exigere non poteſt, quia jus Vaſallagii non operatur ſubjectionem, adeout ne periculo quidem imminente hoc facere audeat, niſi ſit dominus patriæ, & pro ejus defenſione ſumma inſtet neceſſitas; ab his enim, quæ ſunt neceſſitatis, immunitas conceſſa non intelligitur *l. 1. C. ut nem. lic. in emt. ſpec* niſi fortean pactis vel conſuetudine ad id adſtricti ſint. Roſenthal. *in ſynop. feud. C. 8. concl. 57.* Quinimo ſi vaſallus domino feudi collectas indebitas ſolverit, dicunt ſolutionem iſtam per impreſſionem vel errorem vel animo execrandi lites factam eſſe præſumi, unde etiam ejuſmodi præſtatio poſteris [illegible] præjudicet Zachar. Victor. *de cauſis exemt. Imp. concl. [illegible]*

LXXVI. Quamvis vero privilegia immunitatis in favorem immunium latè interpretanda ſint, adeo ut immunitas tam ad maſculos quam fœminas porrigatur, ut latè deducit H. Klock *de iur. vectig. concl. 4[illegible].* [illegible] immunitate iſta conceſſa à Principe ſuperiorem recognoſcente, qua vir fruebatur reſpectu bonorum, poſt illius mortem non videtur gaudere, per textum *in l [illegible] & Epidem. lib. 12.* Neque etiam immunitas iſta [illegible] ad futura bona, quemadmodum privilegium quoque conceſſum ratione collectarum & onerum, ordinariorum & extraordinariorum, ſolitorum & inſolitorum, ad non [illegible] collectas non extendendum, quam ſententiam non modo Cameralis judicii uſus, ſed & conſuetudo communis [illegible] Germaniæ paſſim recepta comprobat, prout teſtatur Mynſ. ſing. *Cent. 4. O. 70.* Publica namque utilitas cuilibet privilegio præferenda eſt, & privilegium, generaliter indultum, non includit caſum publicæ neceſſitati contrarium *l. [illegible] C. de SS. Eccleſ.*

LXXVII. Ex quibus ulterius ſua ſponte ſequitur, neminem poſſe immunitatem iſtam, quantumvis privilegiatum,

tam, adverſus collectas univerſales, der Reichsſtewr/oder des Heil. Reichs Anlagen / prætendere, dan da ſoll ein jeder beygelegt ſein/ Geiſt-oder Weltlich/ exemt oder nicht exemt, gefreyet oder nicht gefreyet/ niemand ausgenommen. *Receſſ. Imp. de Anno* 1551. §. Solche der Stände. *Anno* 1566. §. dieweil nun dieſe & *Anno* 1594. §. Nachdem. Quod tamen procedere haut concedunt, ſi nimirum conceſſa fuerit immunitas in ſpecie ab oneribus belli *arg. l. 11. in fin. C. de vacat. publ. mun.* Qua de re vid. Mynſing. *Cent. 4. O. 70. in fin.*

LXXIIX. Præterea etiam tollitur cenſus, quando immunitas per præſcriptionem legitimam acquiritur, & quidem in tantum, ut, licet præſcribens legitimo tempore poſtmodum aliquando ſolvat, ſibi tamen non præjudicet. Præſcriptio enim iſta completa non amplius interrumpitur ob unicum ſaltem actum, quod tamen ſecus eſt, dum adhuc exiſtit in fieri. Caſp. Klock. *de Contrib. concl. 44.* Multa vero concurrere neceſſe eſt, ne præſcriptionis operatio elangueat. Inprimis opus erit probare, quod ille, qui ſe fundat in præſcriptione, aliquoties fuerit requiſitus ſolvere cenſum, & quod contradicendo recuſaverit, & ſucceſſive per tempus 40 annorum iſta immunitate gaviſus fuerit abſque mala fide, ſuperiore ſciente & patiente, & quod ejuſmodi tempus initium habuerit à tempore impoſitionis primæ collectæ ac receptæ ſolutionis ipſius. Colleg. jur. Argentor. *ad tit. de Cenſib. th. 29. in fin.* Atque iſta præſcriptio ſufficit etiam in re Eccleſiaſtica, rerumque publicarum bonis, & Eccleſia contra Eccleſiam eodem tempore præſcribit *Cap. 8. X. de præſcript junct. Auth. Quas act. C. de SS. Eccl.* Mynſing. *Cent. 4. O. 29.* Hahnius *ad VVeſenb. tit. de uſucap. n. 7. ad verb. Quadam quadraginta* Exceptio eſt in tributis, quæ ſolvuntur in ſignum ſuperioritatis *l. 6. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Cap. 12. X. de præſcript.* Nullus enim ſubditus

I 2 poteſt

poteſt præſcribere libertatem adverſus ſuum Principem; quia ſuperioritas Principis & obedientia illi debita, quaſi ſupremæ poteſtati Principum innata eſt. Hahnius *de jur. Fiſ. rens. Exc. 12. concl. 69.* C. Klock. *de Contrib. Cap. 16. Sect. 2. n. 17* Menoch. *Conſ. 885. n. 34.* Verum an contra Reichs und Türckenſtewer exceptione præſcriptionis immemorialis quis ſe tueri poſſit, digna eſt quæſtio, ancipitemque apud Dd. determinationem habens. Affirmativam fovet Brunnemann. *ad l. 6. C. de præſcript. 30 vel. 40 annis* cum C. Klock. *d. C. n. 1001 & ſeqq.* ob *Receſſ. Imp. de Anno 1548. §.* Hette aber *& de Anno 1544. §* das auch ſolche Hülff.

LXXIX. Poſtquam itaque præſcriptio adverſus ſolutionem cenſus ita inducta eſt, & probari fortean debet, non poſſeſſor cogendus eſt, ut probet negativam, quod cenſum non ſolverit, ſed potius actor, qui fundat ſe in affirmativa, iſtam probare tenetur. Chaſſanæus *in Conſuetud. Burgund. tit. de Cenſes Rubr.* 11. *§. 2. gl. fin.*

LXXX. Coronidis loco, quoniam de cenſo privato paſſim ſermo fuit, quæritur, quo tempore præſcribantur annui reditus, Jährliche Zinſe oder Früchte? Et reſp. diſtinguendo inter ejuſmodi reditus conſtitutos & conſtituendos. Quoad illos duplicem movet quæſtionem B. DN. Hahnius *ad VVeſenb. tit. de uſurpat. & uſucap. n. 7.* (1) an quis longo tempore ab horum præſtatione liberetur (2) an reditus in certo fundo conſtituti & à non domino mihi venditi, donati &c. longo tempore uſucapiantur? Ad priorem quæſtionem iterum diſt. Reditus enim vel debentur ex certo fundo vel tantum ex obligatione perſonali. Primo caſu eſt præſcriptio decennii, ſive reditus præteriti ſint ſive futuri. Altero caſu requiritur triennium *l. 3. l. 4. C. de præſc. 30 ann.* Altera quæſtio affirmatur *per l. fin. C. de præſcr. long. temp. ibique* Brunnemann. *n. 11.* in præteritis tamen duntaxat,

non vero in futuris: Quæ communis eſt opinio, atque iſtam ſequendam eſſe in judicando, apparet ex eo, quod ita aliquando judicatum ſit in cauſa Iodoci Nicolai Comitis de Zollern / contra Magdalenam de Nennecf / *Anno 1549. 20. Maji.* Mynſing. *Cent. 3. Obſ. 13.* Æque etiam reditus annuos indebitos conſtituendos per longi temporis acquiſitionem poſſe acquiri, probat Cœpolla *de Servitut. V. & R. P. C. 19. n. 8.*

Hæc in præſenti, quantum per breve temporis ſpatium fieri licuit, de Cenſibus colligere, & examini Diſputantium ſubjicere decrevi, non quidem pro materiæ gravitate ac dignitate, ſed ingenioli mei tenuitate. Quicquid igitur hujus ſit, B. L. candidæ Cenſuræ modeſtè ſubmitto, & unde incepi, cum JESU finio.

QVid *cenſum*, BUSMANNE, tuum *cenſebo?* quid obſtat
Hunc *cenſum* clarum dicere rite tuum?
Æquus *cenſor* ades *cenſu*, hinc *cenſuus* ille
Cenſus erit, mentis *cenſibus* ille ferax.
Mellea ſic PITHO *cenſet*, ſic *cenſet* APOLLO,
Sic *cenſet* SOPHIE, *cenſet* & alma THEMIS.
Ex *cenſu*, BUSMANNE, tuo Te JULIA *cenſet*
Prolem quæ tanto digna PARENTE ſuo,
Nobilis ex *cenſu* Te *cenſet* Patria juſtum
Cenſorem cenſus, *cenſet* & ipſa THEMIS.
Sic *cenſe* Themidos *cenſor*: Tibi *cenſus* honores
Cenſeo quod mox mox præmia digna dabit.

Nobiliſſimo Domino Antonio Julio Busmanno,
Diſputationis doctiſſimæ Auctori & Præſidi,
Convictori & Amico honoratiſſimo
gratulabundus l. m. q. f.

GEBHARD. THEODORUS Meier D.

Ad Fratrem ſuum germanum

ANTONIUM JULIVM BVSMANNVM

Quum poſt nuper habitam diſputationem de Fide, de
Cenſibus publice diſputaret.

CEnſentur multi, *cenſetur* Chriſtus & ipſe;
Cenſores, Frater, num procul eſſe putas,

Ds